De secretis mulierum libellus, cum scholiis ejusdem de virtutibus herbarum, lapidum et animalium quorundam, libellus. Item de mirabilibus mundi. Ac de quibusdam affectibus caussatis a quibusdam animalibus, &c.; His accessit nunc de falconibus, asturibus, & accipitribus opusculum / [Albertus].

Contributors

Albertus, Magnus, Saint, 1193?-1280.

Publication/Creation

Lugduni : [publisher not identified], 1596.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/jkbvsrnj

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



141/A
J III Alb
S 21 2/99
1564

29a 5824

ALBERTI MAGNI DE SECRETIS MVLIERVM LIBELLVS CVM SCHOLIIS.

EIVSDEM DE VIRTVTIBVS Herbarum, Lapidum, & Animalium quorundam libellus.

ITEM, DE MIRABILIBVS mundi, ac de quibusdam affectibus caussatis à quibusdam animalibus, &c.

HIS ACCESSIT NVNC DE Falconibus, Asturibus, & Accipitribus opusculum.

LVGDVNI,
1596.

331

PROOEMIVM.

SCRIBIT Philosophus Philosophorum princeps: Homo est optimum eorum, quæ sunt in mundo: & mundus sumitur hic pro omnibus contentis in sphæra actiuorum & passiuorum, scilicet proelementis & elementatis. isto præsuppositio probatur propositio: illud est optimum, cuius generationis caussæ sunt nobilissimæ, sed sic est de homine, ergo, &c. Maior patet, quia effectus sortitur nobilitatem ex caussis. Minor probatur de materia hominis. Vnde materia hominis secundùm medicos ponitur esse menstruum mulieris cum sperm ate viri, quia illa ambo intrant compositionem hominis, sicut lac coagulatur sub materia caseì. Sed Philosophi naturales ponunt, quod menstruum mulieris sit materia & semen viri sit effectus: ita quod semen viri se habet ad menstruum

mulieris, sicut artifex ad artificium, vt attestatur Auerr. 7. Metaphysico Digressionibus de Idæis. Item phys 5. metaphy. cap. 10 Dicit, quod sperma viri ad caussam effectiuam reducitur, & quocunque modo dicatur, semper patet, quod materia hominis est excellentissima, & inter omnia semina nobilissima Secundò probatur. Illud est optimum, quod suis partibus assimulatur corpori nobilissimo, sed homo est huiusmodi, ergo, & cæt. Maior patet, quia assimulatio sequitur naturam rei. Minor probatur, quia homo assimilatur cælo, quantum ad duodecim signa Zodiaci, quorum tria sunt calida virtualiter, scilicet Aries, Gemini, Leo. Illis correspondent tria membra in homine, scilicet cor, epar, & testiculi. Item tria frigida, scilicet Cancer, Taurus & Virgo, & illis correspondent intestina, vesica, & diaphragma. Item tria sunt humida, scilicet Scorpio, Aquarius, & Pisces, quibus correspondent cerebrum,

stoma-

stomachus & pulmo. Item tria sunt sicca, scilicet Capricornus, Sagittarius & Libra, quibus correspondent splen, fel & renes. Vnde dicit Physic. 12. Metaphys quòd eorum cælum est, sicut vnum compositum contiguum, igitur debemus esse inclinati ad notitiam præsentis libri, qui tractat de generatione humana, cuius caussa efficiens dicitur fuisse Albertus Magnus; qua fuit sufficienter tritus siue litteratus in experimentis & à mulieribus informatus, & maximè in libro de animalibus, qui postquam totum mundum cum Alexandro circuiuit, librum de animalibus composuit: Et supponitur Philosophiæ naturali, quia est vnus liber de paruis naturalibus, & non purè naturalis, sed partim medicinalis.

PROOEMIVM.

Dilecto sibi in Christo socio & amico N. clerico de tali loco: veræ sapientiæ & augmentum continuum vitæ præsentis.

PROOEMIVM.

Istius libri subiectū est ens mobile contractum ad naturam secretorum mulierum, vt ipsis infirmātibus possimus dare remedia, & ipsis confitentibus, scire dare pœnitētias debitas ad delictum. Et diuiditur primò in duas partes, scilicet proœmialem & executiuam. Pars executiua ibi. Sicut scribitur, & cætera. Primò auctor salutat personam cui scribit, dicens: Ego Albertus morās Parisijs, dilecto sibi in Christo socio & amico. Ibi tangitur causa efficiens, mouēs, mota. Mouens fuit quidā sacerdos, qui rogauit Dominū Albertum, vt sibi scriberet librum de secretis mulierum. Et hoc ideò quia mulieres sunt tempore mē strui venenosæ, ita q; intoxicant animalia per visum, inficiunt pueros in cunis, maculant speculum bene tersum, & quandoq; faciunt coeuntem cum ipsis leprosum fieri, quandoque

cam-

tancrosum. Et quia malum non cuitatur, nisi cognitum, ideò necesse est volentibus abstinere cognoscere immunditiam coitus, & multa alia, quæ in hoc libro docẽtur, & sic Albertus vidẽs quod iustè peteret, cõsensit ei, & sic tangitur causa efficiens, mota cùm dicitur scribo, &c. Sapientia est cognitio Dei & perpetuorũ effectuũ. Et ideo dicit Philosophus in prooemio Metaphysices. De Deo propriè non est scientia, sed sapientia. Ita nihil melius est in hac vita, quia mediante ista sumus felices, teste Auerroe in prologo quarti Physicor. Ideo author scribit augmentum vitę præsentis & bene scribit sibi ista, quia homo, mediante sapientia, redditur laudabilis Deo, & hominibus.

CVM vestra fauorabilis & gratũ ta me rogauit societas, vt quædam vobis, quæ apud mulierum naturã,

& conditionem sunt occulta & secreta, lucidius manifestarem, visa petitione vestra, nulla pigritia à compilatione breuis et compendiosi tractatuli impetrata materia me retraxit. Sed pusilla & iuuenilis mens, quæ secundùm eius possibilitatem, & temporis oportunitatem ad aliena attrahitur, nihilominus vestro cupiens satisfacere appetitui, hanc præsentem epistolam, in qua plurima de impetratis inuenietis, scribo vobis in parte, stylo Philosophico, & in parte medicinali, prout materiæ competere videtur. Nam conscripsi, rogans vestram constantiam, vt in hoc opere ac negotio, constans ac celans sitis, ne aliquem puerum, tam in ætate, quàm in moribus, ad præsentiam peruenire permittatis. & si feceritis, promitto vobis plura de his & alijs manifestare: & cum præsenti opere & arte caussa medicinali transmittere, quæ prolixius dabo, Domino concedente.

Hic ostendit causam, qua posset ipsum

ipsum excusare à labore huius facti, & patet sententia ex textu. Nota quod author dicit, quod mens iuuenilis, & pusilla ipsum retraxit, vbi euitat arrogantiam, quia mens dicitur parua, quæ paruis cognitionibus cognitionis est imbuta. Vnde intellectus propriè non est paruus per se, nec per accidens, quia intellectus non extenditur extensione, nec minoratione. Nota, appetitus est triplex, scilicet naturalis, animalis, & intellectualis. Ad propositum dicit littera appetitui. glos. id est, naturali intellectui. Vnde ille sacerdos appetitu naturali, appetiuit cognoscere naturas mulierum. Vnde homines natura scire desiderant, 1. Metaphysicorum. Item appetiuit appetitu intellectuali, quia vidit vtilitatem cognitionis earum.

PROOEMIVM.

Sicut scribitur secundo de generatione animaliũ generabilium, generatio sempiterna est circuitu. Caussam autem sempiternitatis in generatione animalium ostendit Philosophus 2 de anima, dicens: Naturalissimum operum est vnumquodque sibi simile generare: quatenus diuino esse & immortali participent, quod omnia appetunt, vt ipsa permaneant, non idem in numero, sed idem in specie. Propter quod dicit Commentator 2. de anima, quod sollicitudo diuina potuit ipsum hominem facere permanere idem in numero, misertus est ei in dando virtutem, qua potuit in specie permanere. Et subdit: hoc enim nõ est dubium, quin melius est habere hanc virtutẽ, quàm non habere vel non esse.

Hæc est pars executiua, qua author prosequitur intentum suum, ponendo duas propositiones valentes sibi ad propositum. Et diuiditur in tot capitula & partes, quot patebunt per ordi-

ordinẽ Nota, generatio animalium perfectorum ſempiterna eſt, quia talia ſunt de perfectione vniuerſali: primo Ethicorum. Sed dubium videtur, quia quædã animalia ſunt quandoq; penitus corrupta, ſicut quædam vermes & muſcæ in hyeme. Dicendum eſt ꝙ ſi corrũpantur in vno climate, tunc generantur in alio ſecundùm Albertum, & in momẽto ſuper primo poſte. Vel dicendum eſt quod generatio animalium quæ ſunt de perfectione vniuerſali, illa eſt ſempiterna, ſed ſtante prima ſolutione dubium eſt, an illa animalia ſint de perfectione vniuerſali, quia melius eſſet multa animalia non eſſe, quàm eſſe, ſcilicet ſerpẽtes, & animalia, quæ intoxicant. Dicitur quod bonum eſt ea eſſe, vt abſorbeant immunditias terræ, quia, ſi non abſorberent, inficerent aerem, & per conſequens homi-

nem.

nem. Vnde iam nihil sustentat sine caussa rationabili. Ex textu illo patet, quod castitas est peccatum naturæ, licet hominum sit via mortis ex præcepto legis, quia per castitatē animal nō generat sibi simile. Nota, per sollicitudinem diuinam non potest intelligi Deus, quia ipse non curat particularia secundùm Auer. 12. Metaphy. ergo per sollicitudinem diuinam intelligitur corpus cæleste, quod de sui natura appetitu naturali appetit conseruare ista inferiora, tamen mediante regimine intelligentiarum. Vnde Comment. 12. Metaph. Opus naturæ est intelligentiæ non errantis. Vtrum generatio animalium posset animalia conseruare in esse specifico semper: & dicitur quod non, quia si sic, ergo species esset generabilis, quod est falsū: falsitas patet: quia species est perpetua. Dico quando generatur indiuiduū, hoc vel illud,

illud, tunc generatur natura ſpecifica ſub eſſe hoc ſignato,& ſecundùm partem,licet non generetur ſecundùm totum ambitū. Vnde nota quod natura occultè operatur in vniuerſalibus, vt dicit Gilbertus Porretanus in ſuis ſex Principijs,in c. 1.ſ. in ca. de forma. Et quia producere intendit naturam virilem,ſ. hominem commu. vel equū, & tamē producit particularem, vt fortem,quod prouenit ex eo, quia inuenit materiam quandam & ſignatam hoc loco determinato, & ideò ſi inueniret totam naturam ſimul, produceret omnem hominem ſimul, ſed quia inuenit vnam portionē menſtrui huius vel huius mulieris, ideò producit hunc, vel hunc hominem particularem.

CAVSSA autem quare iſta animalia & præciuè homines, ſecundùm eandem

eadem naturam & secundùm materiam & secundùm numerum non durant, dicitur secundo de generatione & corruptione. Quorum substantia corporalis non durat, sed est corruptibilis, non posset reiterare eadem in numero, sed substantia hominis secundùm principia indiuidui accepta est corruptibilis, ideo generatio hominis abijcitur, quare generatio hominum sempiterna non erit secundùm numerum, nihilominus tamen generatio hominum est perfectißima, quod patet ex intẽtione Phil. in multis locis Phil. & præcipuè secundo de anima, quia quanto plures operationes res habet, tanto nobilior est. Homo autem per rationem intellectiuam separatur à numero viuentium: vt patet ibidem. Hoc etiam est de intentione omnium Philosophorum, præcipuè Boetij in secundo de consol. phil. vbi dicit, quod homines Deo sunt similes

mente.

mente. Hoc etiam patet in 2. phil. quia motus capit naturam & speciem à termino ad quem, & ideo cùm inesse naturam humanam in Socrate vel Platone, vel in alio particulari homine existente, sit motus qui dicitur generatio, perfectissima erit ipsa inter omnium animalium generationem. Item generatio est motus de non esse ad esse. Esse autem maximè appetitur, & præcipuè ab hominibus, qui hic inter omnes motus excellens est in mobilitate Et intellige de motu variante aliquid super quod mouetur, per hæc excluditur primùm motus, qui est caussa aliorum.

Hic probat quod animalia non possent permanere eadem in numero, sed bene eadem in specie, & præcipuè homines. Dubitatur vtrum idem individuum numero possit regenerari. Et videtur quod sic, quia post triginta septem mille annos, constellatio,

latio cæli erit eadem per totum sicut iam, secundùm Platonem & Astronomos. Et ideo tunc nos erimus ijdem in numero, & sedebimus in hac vel in illa schola, vel lectorio, sicut nunc, scilicet in magno anno. Vnde Plato dixit, quod post magnum annum debet redire Athenas, & debet ibi legere: ratio est, quia tota constellatio veniet ita. Ideò redeunte eadem constellatione, eidem affectus redibunt. Dictum est stante sententia Auerro. & Aristotelis 5. Physicorum, & in libro de generatione, non est possibile, ex quo generationes illius non possent esse tunc immediatè & corruptiones, ideò tempus mediaret. Et ideò vnum numero, vna mutatione, perditur, numero quinto Physicorum. Sed ad dubium primum est dicendum, quod post annum magnum possibile est redire homines multum similes, sic

quod

uod vix possunt cognosci distincti,
ùm non sunt idem numero. Sed di-
eres, stante eadem causa materiç, ef-
ectus erit idem in numero. Respon-
etur quod verum est stante eadem
nensura & materia æquè disposita,
ed sic non est, quia tempus raptum
ransit & non reuertitur idem nume
o, sed bene idem in specie, & potest
ici, quod resolutio hodierna, nõ sit
adẽ numero cùm resolutione, quæ
enit post millẽ vel quadringẽtos an
os, quia motus est ens successiuum.
ubitatur secundò, vtrum vnum ani-
nal possit perpetuari semper: Et vi-
etur quòd sic, quia possibile est inue
ire aliquod complexionatũ, in quo
lementa sunt reducta ad medium,
uc proportionem mediam, quia o-
nnis corruptio est à contrario, & illa
ontraria sunt proportionata in sum
no, ideo corrumpuntur Sed quod il-

lud sit possibile probatur sic, quia vbi maius æquale & minus æquale, ibi est æquale simpliciter. Dico quod nō est possibile illud dare, q̄ mixtum mouetur per naturam elementi prædominantis, id est, cæli. Sed ad rationem, vbi maius æquale & minus, &c. respondeq̄ quod verū est, prout ęquale sufficit, & prout est possibile. Vnde mixtum æquale in humore secundū iustitiam est ponendum, sed non est dare æquale secundùm quantitatem mobil, quia terra semper prædominatur pluribus mixtis. Aliter dictum, suppositò quod tale mixtum secundùm omnem qualitatem elementorum si ponderes, adhuc corruptibile ab intrinseco scilicet à virtute cælesti, quia posset mediante aqua frigida infrigidari, & redire ad hoc, scilicet æqualitate humorum, & hoc modo corrumpi. Nota quod littera dicit,

dicit, homines sunt similes Deo mente, illud patet, quia homo per scientiam sit diuinus. Seneca vir speculatiuus est Deo similis & amātissimus, patet illud secundo Metaph. vbi dicit Aristoteles in hominibus est delectatio pauco tempore, quam intelligentiæ toto æterno perficiunt. Et intelligitur hoc per cognitionem Dei, in qua est maxima delectatio. Nota quod omnis delectatio sit per quandam assimilitudinē assimulationem cognoscentis ad cognitum, mediante forma exemplari cognoscentis, ergo quanto plus homo cognoscit de Deo, tāto plus vel magis assimilatur. Littera dicit, inter oēs motus generatio est nobilior, sumēdo de eductione animę siue formatione fœtus in vtero, quò sit motus videbitur. Pro quo nota quod motus est duplex: Primus quidē est motus, qui abijcit aliquid

à ſubſtantia, ſicut calefactio aquæ abijcit frigiditatem, & mouetur de albo in nigredinem. Alius eſt motus, qui non abijcit aliquam perfectionem à ſubſtantia motus, ſicut motus cæli, qui non facit aliquid corrumpi à ſubſtantia cæli. Modò generatio motus abijciens aliquid à ſubſtãtia rei, quia mẽſtruum quod mouetur ad formationem hominis, tranſmutatur. Vnde Auerr. primo Phyſicorum dicit: In generatione hominis pars ſpermatis non ceſſat corrumpi, & pars hominis generatur, donec tota forma compleatur.

DE GENERATIONE Embrionis.

Cap. I.

POST *quam ſermo noſter præmiſſus eſt de his, quæ intentionem auditoris ad*

ſtyli

'yli materiam inclinant, oportunum est ma
riam operis descendere, & primò de em-
rionis generatione videre. Iuxta quod no-
ndum est diligenter, & memoriæ commẽ
landum, quòd omnis homo, qui generatur,
aturaliter, ex semine patris & menstruo
mnium philo & medicorũ. Et dico medi-
orum, quia Aristot. non posuit semen pa-
ris in substantiam fœtus cedere, sed dicit
œtum tum procedere ex menstruo & po-
tea ponì ipsum vaporabiliter exalare. Me-
lici autem dicunt totum semen tã ex par-
e patris (quod sperma dicitur) quàm ma-
ris (quod menstruũ dicitur) cedere in sub-
tantiam fœtus.

Caput primæ partis executiuæ, in quo vult aggredi materiã, scilicet ad ostendendum generationem embrionis siue fœtus. Nam est controuersia inter Medicos & Philosophos, nam Philosophi dicunt, quod semen viri

coniunctum menstruo muliebri, ha
bet se ad menstruum mulieris tan
quam artificium. Vnde sicut carpen
tarius solùm est efficiens, & domu
effectus, ita quod materiam domu
alterat ac disponit, sic etiam sperm
viri alterat menstruum mulieris ac
formã hominis. Et hoc ponunt ideo
quia vident quod patre corrupto, fi
generatio hominis, & transmutatio
seminis mulieris, ergo est ponere ef
ficiens, quod patre corrupto, men
struũ mulieris trãsmutetur. Et quia
finis & effectus nõ concidunt, ideo
sperma viri nõ intrat materiam. Se
medici dicunt oppositum, videlicet
quod homo fit ex nobilissima mate
ria, ideo semen intrare sub materiam
fœtus mulieris, quia menstruum mu
lieris superfluum est secundæ dige
stionis, sed sperma viri est melius co
ctum & digestum, ideo oportet ip
sum

ſum ſubintrare materiã fœtus & ſub ſtantiam: quia videtur quod fœtus aliquando aſſimilatur patri, in generalibus & in multis alijs, hoc non eſſet, niſi intraret ſubſtantiam fœtus Item medici dicunt, quod in ſemine viri ſit quidam ſpiritus gignens, qui penetrat totã materiam ſeminum coniunctorum, & ille ſpiritus eſt formatiuus omnium membrorum, tanquã faber ferrum cum malleo diſponit, & mollit omnia membra, & per ipſum ſpiritum ſaluatur principium efficiens. Sed Philoſophi ponũt ſperma viri exhalari vaporaliter, ꝙa matrix eſt membrum valdè poroſum, & ſic poſt formationem fœtus, calor ſolis facit ſperma viri exhalare & recedere ex matrice per poros. Sed quod ſit poroſum patet. Quia puer per poros ſumit nutrimentum. Etiam patet: quia eſt pellis, & quælibet pellis eſt

porosa in animali, quia aliter sudor non posset exire sine pœna, quod est falsum, quia in calore pori aperiuntur, & tunc sudor exit, & tunc etiam exeunt pili per poros. Nota, embrio est quædam massa carne carnea, ex istis seminibus congregata, & ista massa carnea alteratur ad formationem fœtus.

HIS visis, & accepta vna parte opinionis Aristot. vel medicorum, videndum est per quem modum, & quomodo illa semina recipiuntur in muliere. Vnde mulier cùm in coitu fuit cũ viro, similiter in eodem tempore emittit menstruum, in quo vir sperma, ita quod ista duo semina in vulua mulieris concurrunt simul, & vnum alteri incipit commisceri, & tunc concipit mulier. Concipere autem vocatur, quando ista duo semina in matrice & in tali loco deputato à natura ad factum recipiuntur. Postquam

verò

verò illa duo semina recepta sunt, matrix mulieris clauditur tanquam bursa ex eius omni parte, ita quod nihil de semine recepto potest perdere. Et cùm matrix sic vndique fuerit clausa, fit tentio menstruorum in muliere.

Hic author exequitur formationem fœtus, &c. 1. facit hoc, secundò ponit notabile ibi: Iuxta quod notandum, si vir primus emittit sperma, q̃ mulier menstruum, tunc non fit conceptio. Item si ambo simul emittunt, & si semina non sunt bene conformia, & bene disposita, iterum non fiet conceptio, vt si semen viri non sufficienter fuerit calidum. Et ideò, qui rarò coeunt, citò generant, quia sunt calidi valde. Nota, quòd vulua dicitur, quasi valua, quia est ianua ventris, & prima pars dicitur membrana, quia membrum ani est finis vuluæ, & ita matrix clauditur sicut

vna burſa, ita quod ſecundùm Auicē nam vna acus intrare nō poſſet, quia gaudet ex calido recepto nolens perdere. Nota, quod mulier emittit menſtruum, & etiam recipit, & ſic magis delectatur in coitu ipſo viro. Sed oritur dubium, vtrum abſciſſis teſticulis poſſet aliquis generare, & videtur quod non, quia deficiunt vaſa ſeminalia, per quæ vaſa ſemen deferri debet. In oppoſitum expertum eſt, quia Taurus abſciſſis teſticulis generat. Dico quòd imò adhuc generare poſſet, quia poteſt emittere materiam ſpermaticam, licet non æquè bene. Vnde ſi ſemen emiſſum ad terram, poneretur ad matricem, poſſibile eſſet, quod conciperet. Vnde ſæpius contingit, quod in balneo, vbi vir ſpermatizat muliere præſente, quod ſine coitu ipſa concipit, quia vulua eſt maximè intractiua, & quia ſemen

adhuc

adhuc est vigorosum,& non exhalatum, ideò producere posset fœtũ, & hoc expertum est. Nam si spermatizaret cattus super saluiã, & aliquis cõederet de saluia, tunc ex illo sperma te generarentur catti in ventre viri, qui catti per vomitum essent expellendi.

IVxta illud notandum quòd mẽstruum in muliere nihil aliud est, quàm superfluum alimentum, quod in substantiam rei aliunde non recedit, sicut est in viris sperma. Et vocatur menstruum in muliere ideo, quia fluit in quolibet mense ad minus semel, cùm mulier tantæ ætatis fuerit, hoc est, 12. 13. vel 14. annorum, & vt frequenter accidit in decimo quarto. Et incipit fluxus menstruorum esse in quolibet mense propter naturæ purgationem. Quibusdam verò accidit iste fluxus in nouilunio, quibusdam postea, ita non omnes mulieres in eodem tempore patiuntur istum dolorem, quia in illo fluxu omnes differens

ferenter patiuntur, quædam plus, quædam minus, à quibuſdam verò tranſit diutius, & hoc ſecundùm exigentiam, & complexionem naturæ mulierum.

Hic author ponit vnum notabile, vt patet in textu. Dubitatur, quare fluxus ſpermatis non ſit menſtruoſus ſicut menſtruum. Reſpondetur quod ſperma ſiue ſemen viri, eſt magis decoctum & ſubtile, ideò natura non libenter reijcit, imò conſeruat ad generationem, ſiue ad nutritionẽ, ſi indigeret fœtus. Dubitatur quare vrina & ſtercorozatio & ſudor nõ ſequantur motum Lunæ ſicut menſtruum. Reſpondetur, quod & immũditiæ fiunt omni die ex ſuperfluitate cibi, ſecũdùm magnã groſſitudinem & maiorem quantitatem, ideò opus eſt quod quotidie debeant expelli. Nota, iuuenes mulieres ſunt multum humidæ, & ideò libenter menſtrui-

ſtruizant in principio menſis, & ſeniores in fine, quia minus humidæ ſunt. Nota, quod mulieres nigræ minus habent de menſtruo quàm albæ, quia omnes mulieres ſunt flegmaticæ complexionis, tamen vna magis alia Et quanto magis mulieres vtuntur cibarijs delicatis, & bene piperatis, tanto magis ſubtile emittunt menſtruum: & oppoſitum eſt de pauperibus mulieribus, groſſis cibarijs vtentibus. Nota author ponit quod in XII. XIII. vel XIIII. anno mulier incipit menſtruizare. Ratio eſt, quia tunc calor ætatis pueritiæ deficit, gratia cuius non poteſt bene conſumere humidum nutrimentale. Vnde ver. Adde decem ternis, mulierum menſtrua cernis. Ad quinquaginta durat purgatio tota. Nota, quod mulier mediante menſtruoſitate purgatur, quia humidum ſuperfluum

recedit, à quo grossi humores resoluẽ tur, si maneret. Ideo mulier non est apta ad disciplinã, propter grossitiem spirituum cerebri, oppilantium & he betantium. Et nota, quod coitus mulieribus pro tanto est proficuus, quia superfluum frigidum emittitur, & calorem recipiunt, qui temperat earum frigiditatem, oppositum est in viris: Vnde mulieres multũ cocuntes, non sunt breuioris vitæ, adeò sicut viri, hoc attestatur natura passeris, qui propter sæpè coire moritur.

SED ex his quæ dicta sunt, oriuntur plura dubia. Primum est, vtrum ille fluxus fiat per colorem vel per aliquẽ alium. Iuxta quod notandum, quod in omnibus mulieribus præter quam in corruptis, color menstrui est sanguineus, vt in pluribus. Et dico in corruptis, malis & viscosis humoribus. In his enim sunt sæpe menstrua

strua liuidi, id est plumbei coloris. Et non loquor de corruptione castitatis, quia indifferenter, siue virgines fuerint, siue corruptæ, si tantæ ætatis fuerint, fluxū patiuntur, & signa ad hanc partem scilicet quod mēstrua fluunt, sunt plura, de quibus postea dicetur.

Hic author mouet quatuor quæstiones secundùm ordinem, vt patet in textu. Nota, quod fluxus menstrūorum est sāguinei coloris. Causa huius est, quia menstruum est superfluum secundæ digestionis, scilicet epatis, sed epar est organum rubeum summè calidum, & ideo assimilatur sibi id ipsum in colore, & in forma in quantum potest. Sed contra, videtur quod menstruum debeat esse album, quia est summè frigidū, & frigiditas est mater Albedinis. Respondeo secundùm Albertum, quantum esset de natura menstrui, esset album

album, sed quia eius producens est rubrum, scilicet epar, ideò sibi assimilatur. Tunc est dubium, quare sperma viri non est rubeum, cùm tamen sit calidum & bene digestum. Dicitur quod sperma viri de se est rubeum, quia est sanguis tertiæ digestionis, sed in testiculis dealbatur propter frigiditatem testiculorum, ideo non spermatizat, nisi per motum testiculorum calefiat. Nota, calor rubeus generatur ex eo, quia in humido terrestri humiditas per aduſtionem humidi consumitur, vt patet in latere rubeo Nam later ante combustionem non est rubeus, sed efficitur rubeus per consumptionem humidi à calido, ita quod terrestre siccum prædominatur. Sic est de menstruo mulieris eo, quod in epate humidum calore epatis non consumitur in sicco terrestri, ideò quodammodo

fit

fit rubeum. Sed in mulieribus valdè grossis & terrestribus, tantum est de humido incõsumpto, & de terrestri, quia earum menstruum est liuidum, id est, nigrum. Terra enim nigra est, & quia earum menstruum est summè terrestre, ideò sequitur colorem terræ. Quia calor est qualitas secunda, derelicta primis qualitatibus. Exẽplum sicut videmus quando calidum agit in humidum. & non consumit sufficienter humidum, relinquitur viridis, sicut in piris & in pomis. Et si frigidum prædominatur, color est albus, sed si calidum prædominatur, relinquitur color niger, vt patet in pipere, & sic de alijs similibus.

SEcundum dubium potest esse, vtrũ mẽstruum fluat per anum, & hoc more secessus: aut per vuluã, modo eiectionis vrinæ. Ad hoc breuiter est dicẽdum, quod per vuluã fluit in specie sãguinis & tenuis.

Hic author ponit secundum dubium, vt patet in textu. Et respondetur ad dubiũ, quod mulieribus multum corruptis, quarum anus & vulua sunt vnum foramen, tum menstrua fluere per anum, sed stante sanitate & bona digestione, tunc non fluunt per anum, sed per vuluam.

TErtiò dubitatur, quare in mulieribus fluunt menstrua, quæ sunt superflua alimẽti, & non in viris sperma, quod etiam est superfluum alimẽti. Ad hoc dubium dicendum est, quod mulier est frigida & humida à natura: vir autem est calidus & siccus: modò de natura humidiori est fluere 4. Metaph. & maximè humidum, quod est in mulieribus, est aquẽum. Sed in viris humidum est aereum, & ideo cùm calor semper agat in humidum, & calor est naturalis. Sed tamẽ natura nihil facit frustra, vt dicitur primo de cælo & mũdo: & quia calor in mulierib. semper

est

st debilis, respectu illius, qui est in viris, & cùm totum alimentum in mulieribus on potest conuenire in carnem, ideo natura facit, quod melius est: prouidet naturæ e necessarijs, & reliquum dimittit in lo-um quendam, in quo seruantur in muliere nenstrua. De illo quidem in tantum est, uia maioris inquisitionis est, quã præsens xposcit negotium.

Hic mouet tertium dubium, per se oluit, ꝙ patet in littera. Nota, quod rigidissimus virorũ est calidior calidissima mulierũ, stante eadẽ regione, ligestiõe, & cibali nutritiõe, & sic de lijs. Hoc dico notãter, q mulier in Aethyopia viuens delicatè, esset calidior pauperculo viro in occidente sẽper vtente cibarijs frigidissimis. Sed ontra videtur, ꝙ mulier calidior sit iro, quia calor fundatur in sanguine, sed in muliere plꝰ est de sanguine, uàm in viro, aliâs sanguis non fluet.

ret quotidie & continuè in muliere, ſed ſic non eſt in viro, ergo, &c. Reſpõdetur quod vbi plus eſt de ſanguine bene digeſto & decocto, ibi eſt & maior calor, ſed ſic non eſt in mulieribus, ergo, & cæt Nota, littera dicit quod natura facit, quod melius eſt. Ratio, quia natura regitur ab intelligentia non errãte, expellit humidum groſſum mulieris mediante fluxu. Et videmus experimentum, quando fuerit in corpore animali aliquis humor groſſus, nociuus corpori, illum natura vertit in partes officiales corporis, faciendo ſcabioſos pedes & manus, ne illud humidũ lędat mẽbra principalia, ſcilicet cor, epar, & alia.

QVarò dubitaret aliquis, vnde veniret menſtruum in muliere, quando eſt in coitu cum viro, quia dictum eſt ſupra, quando mulier concipit, reten-

retẽta sunt mẽstrua: ergo si retẽta fuerint,
nirum est, vnde tunc fluunt in coitu. Ad
oc dicendũ est, quod quando mulier con-
ipit, retenta sunt mẽstrua propter hãc caus
am finalem, vt de menstruo retento, fœtus
n vtero mulieris existens, possit nutriri.
Quando autem mulier est in coitu cum vi-
o, tunc propter magnã delectationem, quã
abet, quia per virgam virilem existentem
n vulua, nerui & venæ existentes in
ulua confricantur & mouentur, &
ic vulua dilatando se menstruum emittit,
& hoc naturale respectu coitus, quia ille
oitus est naturalis. Et tamen quasi violen
us respectu fluxus naturalis menstruorum.
tem omni die de nutrimento sumpto, fit
nateria, quæ apta nata est ad expellendum
n coitu. Ex illo soluitur dubitatio, quare
nulier impregnata maximè appetat coitũ,
uia appetitus coitus est propter abundanti
m materiæ superfluæ ab alimento. Et i-
eo cùm menstrua sunt retenta, & om-

ni die aliquid aliud generatur, mulier maximè appetit coitum, quia ex eius materiæ abundantia, vulua mulieris caleſcit, & ſic coitum appetit.

Hic mouet quartum dubium, & ſic ſoluitur per ſe, ſed dubium eſt circa dicta, & circa dicenda, à quibus membris in viris ſperma abſcindatur, & ſimiliter menſtruum in mulieribus, ſumendo menſtruum pro ſemine, quod emittitur in coitu. Et videtur, quod ab omnibus membris, quia fœtus aſſimilatur parentibus in omnibus membris. Sed contrà, ſi ſic, ſequeretur quod imperfectus in membris generaret in membris imperfectum, quod eſt falſum. Falſitas patet per experientiam, ſi pater eſſet cœcus, claudus, & mutilatus in digito, non ſemper generaret ſimile ſibi. Conſequentia patet de ſe. Dicendum quod in coitu illa ſemina diſ-

ſcin-

ſcinduntur à quatuor membris prin-
cipalibus, ſcilicet à cerebro, corde, e-
pate, & matrice in mulieribus, & à
teſticulis in viris, & ex conſequenti
ex alijs membris, ſed non ab alijs
partibus corporis principaliter, &
per hoc ad inſtantiam dicitur, quod
fœtus aſſimilatur parentibus. *Dico*
quod ſufficit à principalibus, prout
iſta influunt alijs membris, & maxi-
mè à cerebro diſcinduntur, & di-
ſtinguuntur. Vnde videmus mul-
tum coeuntes caput dolere, &
maximè exſiccari in mem-
bris, & maximè de-
bilitari in
viſu.

DE FOETVS FORmatione. Cap. II.

VIsis istis, ad formationem fœtus in matrice est redeundum. Prima materia recepta in matrice habet naturam lactis sex primis diebus. Ad hunc colorem lactis, operatur color naturalis in spermate viri emiss⁹, & calor matricis, ita quod ista materia dealbatur, & sicut lac. Deinde illa materia trãsmutatur ad naturam seu colorem sanguinis spissi, & aliqualiter bene cocti, & hoc per nouem dies, post eà tunc ab isto tempore fit consolidatio in membris fœtus, in duodecim diebus.

Istud est capitulum secundum partis executiuæ, in quo reuertitur ad formationem fœtus. Oritur dubium, vtrum color spermatis sit ignis elementalis, vt sit calor cælestis, similiter de calore matricis, &c. Hic sunt diuersæ opiniones, sed cum Arist. 2. de ani-

de animalibus dicendum, quod iſte calor ſit animalis, ſiue cęleſtis. Ratio eſt, quia calor elementalis deſtructiuus, ſed calor cęleſtis eſt ſaluatiuus animalium, ſecundùm Auerr. 12. Metaphyſi. 12. comment. Sed tamen dicendum, quod iſte calor ſit partim igneus, & partim animalis ſiue cæleſtis. Vnde calor igneus conuertitur ſimpliciter in ſe, ſicut in contrarium. Sed color animalis, ſiue cæleſtis eſt permixtus cum humiditate, & temperatus, & ille conſeruat mixtum. Vnde quodlibet animatum viuum, viuit in calido radicali & humido temperato. Dubium eſt, quæ membra primò formantur & generãtur in fœtu. Hic dicunt quidam quod epar, quia in epate ſit nutritio prima, & vegetatio ſpirituum, & quia ab epate diſcinditur prius ſemẽ, quàm in corde, ideo videtur epar primò generari.

Sed cum Arist. dicamus, quòd primò cor generatur, quia est primũ viuẽs, postea epar, postea cerebrum, postea testiculi, sic de alijs. Sed quando dicitur quod in epate fit prima nutritio, dicitur quod est verum ex consequẽte, sed primo in corde habet fieri, &c.

IVxta quod notandum quod secundùm Phil vnumquodque viuentium consurgit ex quatuor elementis, ideo quia in tali materia est materia terrea, quæ cedit in substantiam ossium: similiter aquea cedit in simile, & sic de alijs. Postea verò solet facies formari à natura, & dispositio corporis secundùm trinam dimensionem, scilicet longum, latum, & profundum, & hoc fit per 18. dies. Ab isto verò tempore incipit natura fœtus confortari vsq; ad gressum. Nota, quod fœtus mulieris conficitur in 14. diebus Et illud quod per sermonẽ lõgum dictum est, solet dici per quatuor hos versus:

Con-

Conceptum ſemen, ſex primis crude diebus,
Et quaſi lac, reliquiſq; nouem fit ſanguis, abinde
Conſolidat duodena dies, bis nona deinceps
Efficiet, reliquum tempus producit ad ortum.

Hic author ponit vnum notabile, vt patet in textu. Nota, littera dicit, quodlibet viuentium eſt ex quatuor elemẽtis. Hoc probatur, quia ex quib. aliquis nutritur, ex illis eſt conſtitutus, 2. de anima, ſed eiſdem nutrimur & ſumus, ergo, &c. Minor patet, quia nutritio fit per calidum & humidũ, ſiccum & frigidum, principaliter per calidum & humidum. Sed contra, quędam animalia viuunt ex puris elementis, igitur ſolum vnum elemẽtum eſt in ipſis. Antecedens patet per hunc verſum:

Quat-

Quattuor ex puris vitam ducunt elementis.

Dicendum quod simpliciter est impossibile secundùm Aristot. Vnde halec est mixtum ex quattuor elemẽtis, & nutritur in aqua mixta, mediãte calore solis. Vnde halec in aqua pura viuere non potest, quia illa non est nutrimentalis. Et ideo videmus pisces panem comedere in aqua. Itẽ in quolibet mixto viuente requiritur terra, quæ facit mixtum constare & durum esse, aliâs citò dissolueretur. Item requiritur ignis, vt calorem habeat, in quo vita saluatur. Etiam requiritur humidum in quo agat calidum. Et requiritur humidum aeris, quia spiritus generatur ex semine aereo. Item ossa sunt ex menstruo quãtum ad grossiores partes menstrui, quia ossa materiam hominis in esse conseruant. Si enim non essent ossa,

homo

homo citò dissolueretur. Postea de parte menstrui magis aquea, generatur cerebrum & medulla. De partibus magis aëreis generatur spiritus, & de partibus magis igneis epar, ita quod quælibet membra in homine, sunt in sua structione ex adiũctione alicuius elementi. Nota, fœtus sic formatur, ꝙ quantitas materiæ præexistentis condensatur, vel rarò fit ad quantitatem siue extẽsionem debitæ formæ, in longum, latum, & profundum. Et quando res generabilis maior erit in quantitate re corrumpẽda, tunc fit rarefactio materiæ. Quando verò erit minor, tunc fit condensatio. Sic est quando ex semine mulieris fit homo, quia tunc si materia feminis est maior recipiente formam hominis, tunc primò calor naturalis, & virtus formatiua materiam condensat, & facit indurescere, donec apta sit

formæ:

formæ: & tunc homine generato, materiam augmentat interim cum elemẽtis, vsq; ad quantitatem competẽtem sibi. Et omnes illæ diuersificationes, quæ præcedunt animã in instãti generatã, debent esse indeterminatæ ante illud instans: quãuis omnes determinatæ non per formam corrũpendam, sed per formam menstrui, tamen expectant aliam terminationem à forma generanda. Secundùm hoc glosatur litera, quæ dicit. Postea verò solet facies formari secundùm trinam dimensionem, scilicet in determinabile.

SVNT autem quidam, qui penè quodlibet tempus signantes, ponunt regnare aliquem Planetarum. Et quia scire hoc malum cònfert ad ea, quæ hìc scribuntur, ideo ne ignorantiæ meæ illud neglectũ asscribatur, ex his aliqua declarabo. Notandum primò, vt dicit Auicenna, accidentia

ia sunt in triplici genere, quædã enim materiam consequuntur in composito, & ei attribuũtur: quædam formæ, quædam compositum ex materia & forma cõsequuntur. Et cùm hoc sit naturale compositum ex materia & forma, tripliciter denominabuntur accidentia in ipso. Ex parte autem animæ sunt quædam accidentia, virtus eundi & mouendi. & quia secundùm intentionem quorũdam qui dignè locuti sunt de natura, omnes virtutes, quas anima in corpore colligitur, illas contrahit à superis, & corporibus cælestibus.

Hic author incipit determinare, de successione in fœtus formatione secundùm influentiam Planetarum. Et primò præmittit quædam, secundò exequitur intentum suũ sibi. Ab vltimo enim. Nota, illa conclusio formatur ex littera. Fœtus formatur successiuè per Planetas. Idem probatur sic extra litteram. Penes illud formatur

matur fœtus, quod diuersimodè influit fœtui esse & viuere, sed planetæ sunt huiusmodi, ergo, &c. Minor patet, quia huic influit viuere longo tempore, huic paruo tempore, vt patet per Ptolomæum in Centiloquio suo, & per eius Commentatorem Haly. Nota, tunc Planeta dicitur regnare, quando est in maiori vigore, scilicet quando est in domo sua, hoc est, in signo sibi conformi, & quę sint domus Planetarum, infra patebit. Nota, mouet corpus per hunc motum, anima primò mouetur ab alio, scilicet appetibili, & sic mota mouet spiritus, quibus motis ipsi mouent musculos, qui mouent membra. Et sic patet quod appetibile est principale mouens. Sed dubium est, vtrum aliquid accidens posset esse principium alicuius substantiæ principale. Respondet Gualterus Burbalij super

quarto

uarto ſententiarum quod ſic, pro-
amus ſic, quia illud eſt agens, quod
orrumpit vnum, & generat aliud:
alis autẽ eſt humoris indiſpoſitio,
ue diſproportio elementorum, quę
orrumpit formam hominis, & ge-
eratur forma cadaueris, quod eſt
bſtantia, igitur, &c. Reſpondetur,
uòd humor mortificãs eſt quędam
bſtantia. Non enim ſumitur hu-
or pro accidẽte, ſed capitur pro ma-
ria humida peccante, ita quod ac-
dens nõ corrumpit hominem, niſi
rtute ſibi ſubiecti Sed quando dici-
r, Subſtantiæ nihil eſt contrarium,
citur quod verum eſt, de contrarie-
te perfecta, tamen bene contrarie-
te diminuta, quæ ſufficit ad corru-
ionem vnius, & ad alterius gene-
tionem.

A Primo enim orbe, qui motu diur-
no oẽs ſphæras inferiores recipit,

influuntur materiæ principaliter & radicaliter virtutes essendi & mouendi: ab orbe stellarum fixarum fœtus recipit virtutẽ, quæ distinguitur in esse secundũ diuersas figuras & accidentia. Et illud conuenit, & in quantum est forma, sed etiam contrahit aliam virtutem ab hoc orbe, quæ dat esse, & secundùm diuersas naturas huius orbis post sphæram stellatam, ponitur sphæra Saturni secundùm Astronomos, & ab illa influũtur animæ virtutes discernẽdi et ratiocinãdi Et postea sphæra Iouis, & ab illa influitur animæ magnanimitas, & plures animæ possiones. Et à sphæra Martis influitur animæ animositas et virtus irascibilis, et alia desideria animæ. Et à sole influitur virtus sciendi et memorãdi A Venere motus cõcupiscentiæ & desiderij A Mercurio virtus gaudendi & delectãdi A Luna quæ est radix omnũ virtutũ naturaliũ, virtus vegetandi quamuis hæc & plura alia, ab anima procedũt: et cũ istã sequũtur ex diuersis par-

ntibus corporum cæleſtium, tamen hæc
nnia animæ attribuuntur, & non ſolum a
imæ. ſed toti compoſito, quod ſimplex non
teſt ſuſtentare accidens.

Hic oſtendit quomodo animæ in-
luuntur diuerſa accidentia à corpo-
ibus ſupercæleſtibus. Nota ab vlti-
no orbe, anima capit eſſe in omni-
us, quantum eſt ex parte ſui, ſed
ſphęra cæli ſtellati dat eſſe diſtinctũ
nimæ ab alijs entibus, quia propter
multitudinem ſtellarum influit di-
ſtinctum eſſe, & diſtinctionem. Vn-
de ſecundùm hoc quod ſtella ſpecia-
lis, reſpicit vnam animam plus, quã
aliam, ideò diſtinctum eſſe influit
cuilibet animæ humanæ, cui corre-
ſpondet diſtincta ſtella.

Nota, Saturnus eſt 1. ſtella errati-
ca, & gratia ſuæ influentiæ dat ani-
mæ virtutem diſcernendi & ratioci-

nandi. Et dicitur Saturnus quasi satur in aruis, per contrarium. Vnde cùm sit frigidissimus & siccus, influit caristiam ipso regnante. Sed Iupiter influit magnanimitatem. Vnde Iupiter fuit quidam vir, qui expulit matrẽ suam à regno suo. Et dicitur quasi iuuans patrem per contrarium. Et illud attributum vni est planetæ, qui magnanimus est per influẽtiam, ita quod puer natus eo regnante, fit magnanimus. Et in Venere nascuntur luxurioſi. Sed Mars est malignissimus planetarum, & dat virtutem irascibilem.
Sol est optimus planetarum, influens scientiam & memoriam. Vnde sub Sole nati sunt & felices & amabiles. Sed Mercurius dicitur quasi mercatorum Kyrios, id est, dominus: sicut enim mercator dicitur esse gaudiosus & affabilis, sic & ille planeta est beneu olus gaudium & delectatio-

nem

ẽ infundens: sed Luna influit virtu
ẽ vegetandi & nutriendi, q̃a est infi-
h° planetarum, ideò immediatius a-
it. Item litera dicit, accidens in sim-
lici essentia, nõ sustẽtatur, causa est,
uia accidẽs egreditur de natura sub
cti, non solum magnitudinẽ causę
fficientis. Ideo compositum secun-
ùm vnam partem est causa materia
s, & secundùm aliã partem est caus-
a effectiua, & quia in simplici nõ est
xponere, ideo simplex non est subie
um accidentium, & maximè acci-
entium realium, quamuis tamen es
ntia simplex posset esse subiectum
orum modorum essendi, sicut ma-
ria prima est subiectum suæ poten-
æ, quæ est suus modus essendi pro-
rius & formalis. Ex quo patet, quod
cidentia potentię non sunt accidẽ
a solius animæ, sed sunt accidentia

totius compositi. Sed dicuntur animæ sic, quia insunt corpori per animam principaliter.

NVnc verò ex parte corporis consi militer est notandum, & prim de creatione vel formatione corporis, quod ex embrione creatur & formatur per effectus & operationes stellarum, quæ planetæ dicuntur. Primò enim materia embrionis vel hominis generandi compressa & coagulata per frigiditatem & siccitatem Saturni disponitur, & huic materiæ à Saturno virtus influitur vegetatiua, & motus naturalis asscribitur, & tunc patebit in tali materia operatio aliqualiter debita. Et ideò medici dicunt, quod post lapsum spermatis in matrice, primo mensis ingenerationè, in temporis successione, secundùm exigentiam naturæ seminis Saturno asscribitur, quia sua frigiditate & siccitate, semen constringit & consolidat.

Post-

Postquam author posuit accidentia propria animæ, mediantibus corporibus cælestibus, consequēter exequitur de accidentibus corporis. Nota, frigidi est stringere & condensare, vt patet in experimento. Vt si accipitur olla plena aquæ, ponatur ad locum frigidum, aqua minoratur, sic quod comprimitur. Sed calidi est extendere, vt calor ferri facit ferrum extendere. Item calor in aqua bullientē ipsam extendit, rarefacit in dimensionibus, sed quia Saturnus est frigidus & siccus, ideo assimilatur terræ, ideo materiam condensat & comprimit.

Versus:

Est frigidus summè Saturnus, siccus & asper.

Nota dubium, vtrum aliquis planetarum posset influere frigiditatē, videtur quod non. Quod 2. de Cælo dici-

neratione & corruptione, vbi vult quo generatio elementorum & partium ipsorum ad inuicem ordinantur & conseruantur per motus corporum supercælestium & per motus elementorum, qui concurrunt generaliter ad generationem mixtorum Addit autem Commentator, quod in diuidua animantium & planetarum determinatarum causarum, sunt determinata ad esse. Et ita tam esse vniuersaliter, quàm particulariter inferiora à superioribus respiciuntur.

Hic author soluit quęstionem motam, & primò ponit solutionem quãdam, secundò applicat eã ad propositum, ibi: Et ideo cũ natura, &c. Nota, materia cælestis respicit determinatè elementum, quia in vna parte generat ignem, & in alia corrumpit aquam, sicut videmus, quia signa hyemalia faciunt generare aquam plus in septentrione, sed signa æstiualia

plus

plus faciunt generare aerem ignẽ in æstate. Nota, littera dicit, corpora similium partium, vnde illæ partes dicuntur similes, quarum quælibet suscipit prædicationẽ totius, hoc intelligendo de partibus quantitatis, sicut quælibet pars ignis; & etiam ignis habet partes diuersarum rationum, sicut materia, ignis, & forma. Modò generatio partium similium corporum quot sunt in elemẽtatis, & elementis reguntur, & determinata sunt per motum corporum cælestium. Idem est dicendum de Plantis & indiuiduis animãtium. Et ideo cõtingit quod in vna parte terræ, homines moriuntur, & si essent in alia, ibi possent reuiuere vitam eorum. Quia si aliquod mixtum fuerit nimis calidum in regione nimis calida, illud debet poni ad regionem frigidam. Vt eius calor obtemperetur, & tunc illud sanitati restitueretur. Et ideo

ET ideom cùm materia prima sit subiecta corporibus supercælestibus, necesse est, quod capiat formam alicuius speciei determinatam ab aliqua parte speciali cæli, ita quod potest eam recipere cælesti in communi, eò quod tale corpus respicit istam materiam vel istam formam, indifferenter: nam qua ratione daret illam formam, eadem daret & alias: quia omnes formæ, quæ sunt in potentia in materia prima, in primo motore, sūt in actu, vt dicit Commentator 12. Metaph. ergo cùm materia sufficienter disposita est, necesse est esse aliquam determinatam partem in primo motore primò specialiter respicientem materiam ad huius determinatè susceptionē, et ideo non sufficit agēs particulare Physicum stante communi influentia, & cōmuni actione corporū cælestium. Et illud patet ex eo, quia postquam semen est decisum, gerit in se vim illius, à quo est decisum. Et illa virtus non gubernatur è corporibus supercæ-

rcælestibus vniformiter, ita quod non agis gubernatur ab vna parte cæli, quã ab ia, imò hoc modo destitueretur in sua pro ia actione, & per consequens à fine Et il- d est de intentione Aristot secũ do de ge ratione & corrupt. vbi dicit, quod adue- ente Sole redibunt animalia, & receden Sole animalia peribunt. Illud autem ap- ret ex intentione Commentatoris secun- Metaph. vbi vult, quod materia primò n recipit omnem formã indifferenter, sed imò formas elementales, & mediãtibus is omnes formas mixtorum. Ille autem do formarum nõ potest esse, nisi ab aliquo ecialiter materiam gubernantium, ad reptionem formarum.

Hîc author applicat ad propositum ã solutionem, primò in generali, se ndò in speciali, ibi. Et per hũc mo- m. Nota, motor primus est duplex. uidã est motor primus, vt ipse De' orioſus, & præter illum motorẽ est

ponere

ponere alium motorem primo coniunctum: vnde philosophi ponunt 8. sphæras, & nouem motores, ideo q̃a quælibet sphæra habet suum proprium motorem. Et præter illos motores est dare vnum motorem simpliciter immobilẽ, qui non mouetur immediatè, sed mediantibus alijs motoribus cõiunctis. Modò littera authoris sic intelligitur. Omnes formæ in materia cõpositæ sunt de primo motore sẽper simpliciter, & in actu Vnde Lycomen, super primo Posteriorum dicit, quod effectus primo habet esse in suis causis maximè effectiuis, sed in se habet, virtualiter. Nota, particulare agens sub influentia cõmuni potest educere formã determinatam: quia omnis prima determinata respiciens aliquam formam, plus influit, quã pater vel mater. Et ideo agẽs particulare non producit sine determi-

nato

to agente. Item littera dicit, ſemen ciſum habet vim illius, à quo eſt ciſum. Ex quo dubitaret aliquis vum ſemen deciſum eſſet animatū: videtur ꝙ ſic, quia ſemē in quantū in patre, tunc eſt viuum vitam pas habens: & ſi habet eandē naturam matrice, ibi erit viuum. Hic reſpōco, quod ſemen fuſum in matrice on eſt viuum formaliter, quia nec t planta, nec animal, ſed eſt viuum aturaliter, quia mediāte ſpiritu ſibi ueniente operatur vitā. Sed dices, cùm ſit inanimatum, quomodo roducit animā? Dicēdum, quod mediante matrice, q̄ eſt animata, & mediantibus virtutibus proprijs animæ enes ſtellas & planetas, ſpiritualiter epræſentantes ſpiritualem influentiam, diuerſificantur imagines hominum ſecundùm Albertum, & ideo quandoque contingit, quod homo

cum

cum capite vnius porci generatur, qa aliqua stella tunc dominatur, quæ influit talem dispositionē: & sic est expertum, quod lapide aliquo est facta imago scorpionis vel serpentis, quia aliqua stellę constellationes expexit ipsum, & sibi impressit illam figuram, & ex hoc contingit, quod imagines aliquorum signorum sculptæ in lapidibus, habent curare quasdam infirmitates, sicut recitat Haly in centiloquio Ptolomæi, & vidit quod imago scorpionis sculpta, curauit læsionem factam in satellico à scorpione animali, & sic vidimus, quod quandoque aliqua corpora mortua sepulta, scilicet homines centum annis vel amplius iacent sine incineratione, & hoc fit per naturam stellarum respicientium illud cadauer, quod conseruatur sine incineratione, & combustione. præterea ex hoc

patet,

atet, quod quandoque optimi ami-
, nunc inimici vna cauſſa agente
rticulari, & hoc accidit per influen
am planetarum repugnantium, qui
usepſi ſunt ſubiecti.

ET *per hunc modum manifeſtatur eſſe de Saturno propoſitū, ſcilicet quod habet diſponere materiam & introducere talem formam: ſed quod Saturnus ſic sēper dicitur regnare in embrionis cōceptione ſic intelligitur, quod ſuū regnare in hoc loco non ſumitur pro alio, quā influere talē diſpoſitionem, quæ ab alia parte cæli nō eſt nata influi. Et ideò ſi in tali hora noctis, vel diei non dicatur regnare Saturnus, hoc eſt ex eo quod ceſſat virtus ſua, ſed aliquis aliꝰ planetarum, vel ſtella apta nata eſt influere talem diſpoſitionem in materia, quam Saturnus influere non potuit, quia actus actiuorum ſunt in patiente bene prædiſpoſito. Et ſi aliquis quæreret, cur ita ſit, quod omnia tali curſu currant?*

Respondeo, quòd sic sunt ordinata apud Deum, qui primò originaliter omnia disponit secundùm ordinationem sublimem, & cuilibet virtutem propriam secundùm exigentiam suæ naturæ ministrat.

Hic applicat solutionem ad propositum suum in speciali. Nota, per textum solvitur dubitatio directè in forma, quando arguebatur. Si primus mensis attribueretur Saturno, ita ille regnaret in principio conceptionis, tunc semper regnaret Saturnus. Dico Saturnum regnare intelligi dupliciter, uno, influentia generali, alio modo influentia spirituali. Modò dicit, quod Saturnus regnat omni die influentia generali, sed regimen spirituale Saturni est, quando fuerit in domo sua, & tunc habet maiorem influentiam. Nota, Saturnus est frigidus & siccus, ideo habet influere feminihumidum & calidum, quæ sibi

con-

ntrariantur virtualiter, vnde om-
s actio fit gratia cõtrarietatis, quia
nile additum alteri, nõ agit ipsum.
de agens & patiens in principio a-
onis sunt dissimilia, sed in fine sũt
nilia, quia omne agens assimulatur
o posse in quantum potest mediã-
sua virtute, quia omne agens na-
rale agit in suum contrariũ secun-
m vltimum suæ potentiæ, vt patet
e Cælo. Nota, littera dicit actus a-
uorũ, &c. Hoc patet ex signis ma-
festis, est n quidã piscis generalis,
vocatur Scorpio, ille inficit manus
catoris per rete, & non inficit rete,
ia rete non est dispositum ad hoc,
. Item Sol calefacit aerem, & non
bes ipsos, s. inferiores se, quamuis
t sibi propinquiores, hoc est, pro-
r indispositionem materiæ, & id-
peccauerunt dicentes : quod licet
i ex quolibet, hoc non videlicet,

quia primus actus proprius habet fieri in ꝓpria materia, si disposita. Item nota, quòd propriæ dispositiones nō corrumpuntur in aduētu formæ. Et ex hoc destruitur opinio, quæ ponit, quòd postquam materia mēstrui est disposita, & quando hominis forma introducitur, tunc dispositiones primę corrumpuntur: hoc nō valet, quia tunc dispositiones frustra præcesserunt. Vnde dispositiones sunt medium recipiendi illud, quod fit de potētia materiæ. Nota, quod auctor in littera ostendit se esse catholicum, in hoc quod ponit Deū primordialiter omnia disposuisse. Vnde Philosophi meritè naturaliter loquentes si habēt dicere, quod ab æterno sic Deus disposuit planetas & stellas, & non de nouo, & ideo Com. 2. de cælo, totum cælum periret propter illam inordinationem, quam fieret per illam stellam, &

m, & oportet quod cælum non mo
retur.

Post hæc, quæ dicta sunt: Iupiter aduenit, qui sua gratia & virtute sua materiam disponit ad susceptionem formæ membrorum, & caliditate sua virtua & casuali materiam fœtus confortat, & a humiditate replet, quæ fuerunt desicca à virtute Saturni in primo mense, & sic ui attribuitur secundus mensis.

Hic author exequitur de alijs pla
etis quantum ad formationem fœ
s, videtur quod planetæ non for
ant sic materiam fœtus, quia inter
ussam & effectum dicitur esse pro
ortio: & si sic, sequeretur quod em
rio generatus, cùm ipsi planetæ sint
rpetui Dicendum, licet caussæ pro
pinquæ sunt corruptibiles,
ideo corrumpitur
fœtus.

TErtio aduenit Mars, qui sua caliditate & siccitate formati materiam, diuidens à lateribus brachia, & diuidit collũ à brachijs; & caput format, & huic operationi attribuitur tertius mensis.

Nota, Mars est calidus & siccus, & ideò ipse haberet formare crura & brachia, q̃ sunt sicca. Oportet enim, quod calor sufficiens congreget partes terrestres siccas, si debent fieri crura & brachia Nota, quod ex littera habemus, quod caput formatur prius à Marte, quàm cor à Sole Huius causa est secundum medicos: q̃ in capite sunt omnia principia vitæ, ergo primò formatur. Sed Aristoteles ponit, quod cor primò formatur, quia cor fluit ex omnibus membris.

QVarto mense virtus solis aduenit, formas imprimit, cor creat, & animæ sensitiuæ motum dat. Et hoc est verum

t verum ſecundùm intentionem medico-
rum, & quorundam aſtronomorum, tamen
cũdùm intẽtionem Ariſtot cor inter om-
s partes generãdas generatur primò, &
irtute eius omnia mẽbra naſcũtur, addũt
im quidam ad iſtã partem dicentes, quod
ol eſt radix totius virtutis vitalis, & tali
eration quartus menſis aſcribitur.

Item Philo propter illum textum
ſcribunt generationem hominis
oli, dicẽtes, homo generat hominẽ
x Sol, vt dicitur 2. Phyſi. quia à Sole
irtus radicalis dependet. Contra, ſi
c, ſequeretur quod homo deberet
ci ſolaris & cæleſtis creatura, quia
fectus ab eodem denominationem
umit, à quo habet entitatem. Dicen-
um, quod Sol eſt cauſſa remota, id-
o non ſumit denominationem effe
tus à Sole.

QVinto tempore quædam exterio-
rum membrorum Venus ſua virtu-

te perficit, & quedam exteriora format, aures, nares, os, & virgam virilem in masculis, & pudibunda, scilicet vuluam, mamillas, & alia membra in fœmellis: manuum & pedum separationem facit & digitorum, & isti quintus mensis assignatur.

Nota, Venus est beneuolus Planeta, & est virtualiter calidus, ideo perficit membra exteriora, scilicet os & aures, & testiculos, sed videtur quod testiculi debeãt primò generari, quia sunt principalia membra, sicut cor & caput se natura continuè saluat. Dicitur, q̃ testiculi nõ sunt ita principalia membra, sicut cor & caput, quia videmus testiculis ablatis, adhuc viuere hominem: sed capite abscisso & corde ablato, vlterius ibi vitam non videmus.

SExto tempore influentia & regnatio Mercurij instrumenta vocis format, super-

supercilia componit, oculos fabricat, capillos crescere facit, & vngues producit Et isti operationi sextus mensis attribuitur, vnde versus:

Instrumenta nouem, sunt guttur, lingua, palatum,
Quattuor & dentes, & duo labra simul.

Septimo tempore Luna operationi finem imponit: replet enim sua humiditate inguinias carnis & aurigenas carnes in superficie complet Venus verò & Mercurius humiditatem tribuentes toti corpori nutrimentum dant Et operationi datus est secundus mensis.

Item nota, Luna replet poros carnis, & facit fœtum esse planũ superficie, scilicet in cute. Itẽ si aliquis puer nascetetur in septimo mẽse, ille moreretur, quia non adhuc debitè formatus & consolidatus, ergo, &c.

Postea influentia Saturni, cui octauus mensis ascribitur. Et ille Saturnus multum infrigidat & siccat, & per consequens stringit fœtum, & ideo aliqui Astronomi ponunt fœtum generatum in octauo mense moribundum vel mortuum esse, vt in sequentibus manifestabitur Deinde in nono mense dominatur Iupiter, qui caliditate & humiditate fœtum lætificat, & fœtus qui generatur in isto mense, est fortis & bene dispositus, & longæ vitæ, & est fortis gratia caloris, & longæ vitæ gratia humiditatis.

Hic author ponit in quo mẽse Saturnus habet suum dominium & dicit, quod Saturnus in 8. mense habet influere. Et nota quod si in aliquo membro deficiẽtes pueri nascuntur vel generantur cum quatuor digitis in manu, vel cum tribus: hoc est propter defectum materiæ. Similiter si generarentur cum sex vel cum sep-

tem

tem digitis, hoc esset ex abundantia materiæ.

EST autem adhuc notandum, quòd membra corporis organici duodecim signis Zodiaci attribuuntur. Primum ergo signum totius sphæræ cælestis est aries, in quo quidem signo, sole existente temperato, fit calidum & humidum, & tũc est motus ad generationem, & ideo motus solis in ariete dicitur principium vitæ, & radix virtutis vitalis, propterea arieti attribuitur caput in homine, & eius cõditiones. Nã aries in cælo est dignior pars cæli, quia principium diuisionis sphæræ per duodecim signa, sicut caput in homine vocatur dignior pars corporis, & ideò merito arieti est assignandum, & quia sol currens in hoc signo calidum & humidum natura mouet, & caput in homine dicitur principium spiritus vitalis.

Postquam author ostendit influẽtiam planetarũ & stellarum respectu

foetus,

fœtus, nunc consequenter prosequitur de effectu signorum. Nota, Aries est calidus & humidus, & correspondet veri. Ver enim est calidum & humidum, & tūc animalia maximè appetunt coitum, quia tunc augmentatur calidum & humidum gratia Solis existentis in Ariete, & maximè in viris tunc est appetitus. Propter hoc etiam mater ecclesia statuit ieiunium magis in illo tempore, propter luxuriam illo tempore restringendā, quia tunc homines constricti hyeme reuertuntur ad vigorem. Vnde versus:

Marte mares, Februoq; canes, Maio mulieres.

Nota, Aries habet denominari super caput in quo vigent omnes potentiæ animæ pro tanto, quia ipse Aries est principium vitalis operationis, & sic & caput in quo vigent omnes potentiæ animę, & ideo medici dicūt quod

irtus vegetatiua corporis est in capi
principaliter determinatè, sed in
orde originaliter. Sed dubium est, v-
rum vita magis consistat in corde
uã in capite. Et videtur quod in ca-
ite, patet per Auicennam, qui dicit
uod vidit arietem ambulantem cor
le extincto, hoc esse non posset, nisi
ita haberet principiũ de capite. Sed
cõtra hoc est Auerroes in 6. Physic.
qui ipsum deridet, dicens: se vidisse
rietem currere hinc inde abscisso ca
ite. Vnde Auer. vult, quod vita prin
cipaliter & originaliter sit in corde,
ed ex cõsequenti in capite. Sed medi
ci sunt multũ sensuales, & hoc ideo,
quia vident in capite esse sensus vir-
utum, ideo dicunt vitam consistere
in capite principaliter, sed nõ est ita,
imò in corde. Sed quid dicemus ad
authorẽ in littera, qui dicit quod ca-
put est nobilior pars corporis. Dicen

dum,

dum, quòd hoc verum est secundùm apparentiam & maiorem operationem spirituum vitalium, quia in eo apparēt magis operationes vitæ, quā in corde. Vnde non dubito, quin natura nobiliorem & meliorē partem corporis collocarit in medio corporis, nam cor primū est viuens, & vltimum moriens, hoc non esset nisi cor esset principalissimum membrorum corporis.

TAuro quidem collum, humeri & scapulæ Geminis attribuuntur, Cancro manus & brachia leoni quidem pectus & cor & diaphragma: virgini stomachus & intestina, & costæ & lacerti attribuuntur. Et hoc videtur esse medietas corporis secundùm cursum medietatis cæli, videlicet, vt à parte septentrionali est annotata. Libra verò secundam partem corporis respicit, scilicet renes, & est principium cæterorum membrorum. Scorpio

verò

erò loca libidinis respicit, tam ex parte vi
, quàm ex mulieris. Sagittarius nares, &
r quæ natura secessum dimittit, & poste
ora respicit. Capricornus verò genua &
ia inferiora respicit. Aquarius verò tibias
spicit. Pisces verò quod est vltimum, for-
ationes pedum respicit: & Planetas, &
c breuiter habitum est iudicium ex parte
uodecim signorum.

Hic author ostendit de alijs signis
cens, vt patet in textu. Nota, littera
ult in tantum quod Luna existente
talibus signis, quæ respiciunt illa
membra, vt patet in littera in illis
membris, non debet fieri minutio
nguinis Luna existente in aliquo
gnorum.

ET non opinetur aliquis illa ficta fore.
Nam fides huius in multis experimẽ-
tis valet inueniri Noscat ergo expe-
imentum quiuis, quod malum & vene-
osum est tãgere aliquod membrum, Luna
existen-

existente in tali signo illius membri, & caussa istius est, quia natura Luna auget humiditatem, quod experimur ad sensum, quod si carnes recentes ponantur de nocte ad radios Lunæ, ibi generantur vermes in carnibus, & illud non semper apparet eodem modo, sed præcipuè in speciali statu Lunæ.

Hic author confirmat dicta sua experimenta. Nota, si carnes in plenitudine Lunæ ponerentur ad radios Lunæ, & tunc conuerterentur in vermes, & tunc magis, quàm in alio tempore: quia tunc Luna est multum humida. Et ideò dicit author in speciali statu Lunæ, & hoc patet si aliquis vulneratus poneretur ad radios Lunæ, & hoc noceret sibi, quia omnes humiditates conuenirent in locum vulneris, & Luna augmentat humiditates, & sic humiditas nimis fiet intensa; sed si po-

natur ad radios Solis, non est noci-
m, quia radij Solis faciunt humidi-
rem exalare, sic ex istis patet quod
nper in plenilunio Mensis maiora-
r humiditas, scilicet cerebrum, me-
lla & menstruum, & ideò tunc dif-
ile est studere propter humiditatem
rebri nimis intensam.

*VT illud sanè intelligatur, est aduer-
tendum, quod quatuor sunt status
næ secundùm Albertum in tractatu
statu Solis & Lunæ. Luna verò in pri-
eius intentione est calida & humida
que quo est semiplena, post hoc, nunc dici-
calida & ficca quousque sit plena. De-
le est frigida vsque est semiplena in de-
mento, vltimo verò est frigida vsq; soli
iungitur, & in statu maximè humectat
mida putrefacienda, ideóque cùm Luna
geat in omnibus membris humiditatem,
nc lædere membrum ferro est idem, quod
uiter vulnerare, quia malum humidita-*

tem addere humiditati, & sic consequens augmentatur nocumentum.

Hîc confirmat dictum suum. Nota, quod 1 quadra correspondet aeri, qui est calidus & humidus, & qui generantur in ista quadra, fiunt sanguinei. 2. quadra est similis igni calido & sicco, & tunc in illo generantur cholerici. 3. quadra correspondet terræ, q̃ est frigida & sicca, & tunc nascuntur melancholici. 4 quadra correspõdet aquæ, q̃ est humida & frigida, tũc nascuntur phlegmatici. Et secũdùm hoc dicunt aliqui, quòd si carnes ponerentur ad radios Lunæ, cùm fuerit in 4. quadra, tunc citius conuerterentur in vermes, quàm in plenitudine Lunæ, quia maximè est Lunæ humiditas vigorosa. Nota, si aliquis in 4. quadra fuerit, tunc nõ debet trahere sanguinem, nec vulnerari, & maximè in cerebro. Ratio est, quia tunc per illam

m vulneratione humiditas aug-
ẽtaretur nimis, & ideo fieret noci-
m in membro.

Sciatis autem socij mei, quamuis quæ-
dam mulieres causſam rei huius occul-
tam ignorant, tamen quædam mu-
res bene effectum cognoſcunt, & plura
ala ex iſto operantur, vt cùm vir eſt in
itu cum eis, accidit quandoque viris ma
na læſio & grauis infectio ex infectione
membri virilis, per ferrum appoſitum per
as, prout quædam mulieres vel meretri-
es doctæ ſunt in illa nequitia & in alijs.
it ſi fas eſſet dicere, hoc quidẽ deſcriberẽ,
ed quia proprium meũ creatorem timeo,
deo de illis occultis ad præſens nihil mani
feſtabo.

Hîc ponit quædam notabilia, vt patet in littera. Nota, q̃ quędam ſunt ita cautæ & aſtutæ, & accipiunt ferrum & apponunt vuluæ, & iſtud ferrum lædit virgam, ſed vir non per-

cipit propter nimiam delectationem & dulcedinem vuluæ, postea tamen sentit, ideo maximè cauendum est ne fiat coitus cum menstruosis mulieribus, quia exinde posset homo incidere lepram, & quandoque in magnam infirmationem: quia vuæ transeunt à singulis membris ad testiculos, ideo testiculi slæsis citò potest lædito ũ corpus. Vnde dicit Dya. Si per mulierem menstruosam scienter totũ corpus tuum infectum erit, multum debilitatum, quod vix infra mensem verum colorem & fortitudinem rehabebis, & sicut liquidum vestimentis tuis adhæret, sic ille fœtor omnia interiora hominis corrumpit. Dicit venerabilis Hypocrat. de naturis hominum: Mulierem menstruosam nõ accedas, quia ex isto fœtore aër corrumpitur, & omnia interiora hominis confunduntur. Nota, author ti-

et Deum ſcribendo ſecreta vſque ad
imum, ne aliquis expertus fortè ma
m operaretur per illa ſecreta.

Item de quarto ſtatu Lunæ præcipuè
poſſumus effectum declarare prædictum
experimento, quod ſumitur, quod ra-
Lunæ de nocte ſubintrantes & perue-
ntes ad caput dormientis faciunt dolo-
capitis & fluxum reumatis. Et cauſſa
ius dicta eſt prius.

Hic ponit aliud experimentum de
tatu Lunæ, nota quod cauſſa hu
eſt, quia tunc Luna eſt multum
mida, & quia reuma cauſſatur ex
erfluitate humiditatis, ideò facit
arrum, vnde verſus, Ieiunes, vigi-
faciens ſic reumata cures. Et quia
miditas Lunæ perturbat humidita-
n cerebri, & augmentat ipſam,
tia huius augmentationis fit flu-
s per nares, & ſi tunc illi radij in-
nirent vulneratum, vſque ad mor-

tem læderent ipſum. ideo vulnera præſeruandi ſunt à radijs Lunæ.

DE INFLVENtijs Planetarum. Cap. III.

Poſt hoc vero ad influentias Planetarum (quos antiqui vocauerunt deos naturæ ſuper hominem ex parte corporis & animæ) nunc conuertamur, & cætera.

Poſtquam verò author oſtendit quomodo per planetas habet formari fœtus, hîc oſtendit quomodo iſti planetæ ſe habent ad fœtum ex parte animæ, vel corporis, vel ſimul. Nota, quod planetæ bene dicuntur dei naturæ. Ratio, quia natura regitur ab ipſis, ſicut regnum à rege. Vnde totus ille mundus ſenſibilis, contiguus eſt à ſuperioribus lationibus

vt tota virtus eius inde gubernetur. Sed diceres, si planetæ sunt dij naturæ, quæ tunc facit cælum stellatum: Dicitur quod hoc est causſa vniuersalis naturæ & vniformis, sed planetæ diuersificant effectum secundùm eorum motum, vnde planetæ dicuntur à planos Græcè quod est planum, siue error Latinè, non quod errēt, sed quia ex eorum motibus, fiunt diuersi errores in mundo & in effectibus.

Saturnus qui est superior, obscurior, & grauior & tardior alijs planetis cælestibus, facit natum, qui sub eo nascitur fuscum in colore ex parte corporis, & planum in capillis nigris & duris, & caput turbidum & bene barbatum, & talis homo continet subtilius pectus & habet scissuras in calcaneis figuraliter, & hoc est secundùm dispositionem figuralem. Secun-

dùm verò animam malus est, multum perfidus & malitiosus, iratus, tristis, & malignæ vitæ, fœtida diligens, & non est luxuriosus, & in pluribus Venerem minimè diligens, imò naturaliter abhorret: vnde breuiter notandum, quod secundùm intentionem magistri mei in illa sciẽtia experti, quicunque natus fuerit sub Saturno, habet omnes malas dispositiones corporis.

Hic author prosequitur intentum suum. Et diuiditur in septem partes secundùm quod septem sunt planetæ. Nota, quod Saturnus est suprem⁹ planeta, & complet cursum suum in 30. annis, ita quod redit ad eundem punctum Zodiaci à quo incidit. Et secundùm Ptolomæum, & magistrũ Rabimoysen, Saturnus est planeta supremus, & maximè distat à terra, ita quod ad illam partem vbi tangit sphæram Iouis, homo veniret à ter-

ra in

a in quinque millibus annorum & n ſeptingentis, & triginta quatuor nnis, & in ſeptuaginta ſeptem ſepti anis, & in tribus diebus, ſuppoſito uod dieta hominis eſſet decem mi- aria. Et ſecundùm aſtronomos Sa- rnus eſt tantę magnitudinis, quia ſt nonagies maior, quàm tota terra. tem dictum eſt in litera quod Satur- us eſt multum tardus in motu ſuo, oc debet ſic intelligi, quod in tem- ore lõgiori complet curſum ſuum. Vnde Saturnus eſt bene trigeſies ma- or ſole, quantum ad ſuum orbem, & icut Sol pertranſit ſuum orbem mo- u proprio per Zodiaci ſigna in vno, ic Saturnus in 30. annis, & ſic moue- ur ita velociter ſicut Sol. Verbi gra- ia. Si duo homines ambularent, vnus er triginta dies perambularet trigin a miliaria, alter vnum milliare, tunc lter, quia ambulat vnum miliare,

ambulat citius, non tamen velocio
est in motu, eò quod in æquali tem
pore pertransit de spatio secundù
philosophum sexto Physicorum. I
nota, quod litera dicit, Saturnus fa
cit natum suum fuscum in colore
Ratio est, quia Saturnus est simili
terræ, quia est frigidus & siccus, ob
scurus & niger, & virtualiter fac
natum obscurum, item facit natu
pilis duris, quia est terrestris compl
xionis, & ideò in fœtu humores mu
tos causat & grossos, à quibus gen
rantur grossi pili. Item natus eius e
tristis, quia melancholicæ cōplexio
nis, virtualiter melancholici sunt t
stes, quia semper inclinant se ad ter
ram. Item natus eius est piger in in
cessu, quia ipse est grauis sicut terra
& ideo difficulter mobilis. Item ips
non appetit coitum, quia est siccus
& si vult appetere, posset vti calidi
ben

bene conditis humidis cibarijs. Item ille natus semper est inuidus & perfidus, quia nullum habet gaudiū, sed semper melancholizat, & eius somnia vt plurima fiunt vera, sicut videmus fatuos, qui prædicunt sæpe futura per phantasias & melancholias, & ipse semper cupit sedere in angulo solitariè Itē nota, littera dicit, quod ipse habet scissuram in calcaneo, id est, diuisiones in pedibus circa anteriorem partem, sicuti equi: & calcaneus est vna pars pedis in anteriori parte, qua primò terrā calcamus, &c.

IVpiter verò, stella regalis existens pia dulcis & lucida, temperata & prospera, facit natum optimū, quia natus sub eo dat faciem pulchrā, oculos claros, & barbam rotundam. Et figurat duos dentes superiores magnos & æqualiter diuisos. Et dat homini colorem album rubeo permixtum.

tum in facie, & facit longos capillos, secundùm animam verò facit natum bonum, & honestum ac mödestum, & erit lõgæ vitæ, diligens honestatem, diligensque vestimenta pulchra & ornata, & delectabiles sapores ei placent, & erit misericors, largus, iucundus, virtuosus, & verax in sermonibus, incedens honestè, & multum prospicit in terram.

Ponit de secundo Planeta, qui dicitur Iupiter, vnde secũndùm astronomos complet cursum suum in 12. annis, ita quod sub quolibet signo moratur ad vnum annum, vnde secundùm Astronomos Iupiter multum distat à terra, quia ad illam partem vbi est propinquior teriæ, homo veniret de terra in duobus millibus annorum, & in D.XXVI. annis, & 4. septimanis, & 5 diebus, suppositò, ꝙ dicta esset 10. miliaria: & magnitudo eius est talis, quod quinquagesies est

maior

maior terra. Item Iupiter dicitur fu-
se ille, qui expulit patrem à regno,
c Iupiter expellit operationem Sa-
rni, quia sibi contrarius est per to-
um, vt patet in litera: quia secundũ
Astronomos, qui nascitur sub Ioue,
eruenier ad multos honores, facit
d faciem pulchram, & facies est no-
ilior pars corporis. Vnde Iupiter
lus laborat in facie, quàm in alijs
membris, & facit hominem album
abedine permixtum, quia ille color
st pulchrior inter alios, quia est san-
uineus. Item facit barbam rotundã,
uia rotundá figura est nobilissima
gura, ex secundo de Cælo. Et ideo
aput pueri rotundum, est diligen-
úm, ideo nutrices solent comprime
e & rotundare facies, & capita pue-
orum. Item facit capillos longos,
uia facit natum calidum & hu-
idum: humiditas enim cum calo-

re est

re est causa lõgitudinis pilorũ, vnde pilus est superfluum & residuum humiditatis, quod exit ♀ poros. Et qui citò barbescunt, sunt bonæ complexionis. Itẽ natus sub Ioue, est bonus secundùm animam, fidelis & addiscens, & coitum appetens, & bene appetens gratiam coloris, potẽs in opere gratia humiditatis sufficientis, & bene capit singula quæ audit, quia habet spiritus habiles & satis humidos, quia humidus bene recipit, quia calidus bene delectatur. Et non est piger, ideo spiritus sensuum exteriorum deferunt species sensibiles ad virtutes interiores animæ, scilicet ad virtutem imaginatiuam, cognitiuã, & ratiocinatiuam.

MArs cùm sit intemperatus in caliditate & siccitate; secundùm hoc facit natum suum rubei coloris, cum quadam adustione & obscurita-

te,

icut videtur in his, qui passi sunt à Sole, habet paruos capillos, & paruos oculos, um corpus habet curuum & grossum ali liter: Secundùm animam verò fallax, onstans, inuerecundus, irascibilis, prodi , discordias & bella seminans, & super erit.

Hîc exequitur de tertio planeta, ni dicitur Mars. Nota, quod Mars ouetur taliter sub Zodiaco, quòd plet cursum suum in duobus an- is, & distat à terra sic, quòd ad illam artem vbi propinquior est terræ, ho vo venerit in CCCC & L annis, & . septimanis, & quatuor diebus, sup osito, quod diæta eius esse nouem niliaria. Item nota, caliditas & ficci- as sunt causa adustionis & crispitu- linis crinium, vnde nota, nati sub Marte, habent paucos crines causa iccitatis, & habent curuos seu crisp-

pos

pos crines gratiá aduſtionis. Iſta ap
parēt, quia videmus cùm calamiſtr
ſummo calefacto crines criſpantur
patet etiam quod criſpitudo crinium
arguit iracundiam. Item natus ſub
Marte eſt rubei coloris, cum quadam
obſcuritate, quia color rubeus cau-
ſatur ex eo, quia calidum agit in hu-
midum, & conſumendo humidum
relinquit ſiccum, ſicut videmus quā-
do debent comburi lateres, quod an-
te combuſtionem nō ſunt rubei, ſed
poſtea conſumpto humido efficiun-
tur rubei. Et iſti nati habent paruos
oculos, quia oculus eſt membrum, in
quo viget humiditas, quia oculus eſt
aqueæ naturæ ab intrinſeco, ſecun-
do de anima, quod patet, ſi læditur,
exit aqua, & Mars eſt calidus, & ſic-
cus, ideo nō poteſt formare magnos
& pulchros oculos. Item Mars indu-
cit bella, quia exiccat cerebrum, &
cor in-

or incendit, & sic ira generatur circa cor. Vnde ira est accensio sanguiis circa cor, & ideo Mars secundùm ntiquos vocabatur Deus belli. Item st fallax. Ratio, quia est siccus & cadus, & sic semper est iracundus, & ogitat de malo, vt fallat homines, & modicum potest, quia caret humiditate.

SOL quidē regalis stella existens, lumē mundi & oculus vocatus, natum sub eo facit carnosum, & faciem pulchrā, et oculos magnos, colorem album cum quadā rubedine, bene barbatum, & lōgos capillos. Secundùm animam verò, vt quidam scribunt, facit Hypocritam & malum, iustum in exteriori parte apparentem, & facit homines multum scientes secundùm aliquos. Sed inueni aliquos dicentes, quòd natus sub illo planeta est regularis, religiosus, profundæ deuotionis, sapiens, diues, diligens bonos, deprimens malos.

Sequitur de quarto planeta, qui dicitur Sol. Vnde Sol de sua natura est planeta calidus, & ideo influit nato sub eo calorem, & est siccus, sed temperatè. Sed dices, si Sol est siccus sicut Mars, quare nō influit eundem effectum. Dicendum quod propter caliditatem & siccitatem Sol virtualiter est humidus, & non siccus, nisi temperatè. Item, Sol secundùm antiquos dicebatur pater deorum, quia Sol est principium vitæ, id est, influens esse omni rei, ita quod Sol per eius accessum ad hemisphærium nostrum influit fertilitatē, & generationem: & post eius recessum videmus flores arè scere, & terram fieri aridā, & in quolibet signo manet quadraginta dies, & cursum suum perficit in vno anno, motu proprio & naturali. Et secundùm Astronomos tātum distat à terra, quod ad illam partem,

quæ

quę propinquior est terrę, homo veni-
et in CCCC. & 30. annis, & 26. septi-
nanis, & duobus diebus, ita quod die
a eius esset decē milliaria. Itē natus
ub sole est Hypocrita: & dicitur ab
ypo, quod est sub, & chrysos aurū,
uia habens malum sub auro, id est,
ub bona apparentia. versus: Omnis
ypocrita facie tenus est heremita,
lente licet tacita latens anguis aco-
ita. Item Sol calefacit temperatè, &
leo facit natum sub eo magnæ sapi-
ntiæ, quia calor saltem moderatus,
st instrumentum operandi virtutes
nimæ, quia calor facit spiritus agi-
s & promptos. *Item* dicunt quidā.
atus sub sole libenter vult mitti in
cilium, quia amabilis est & iucun-
us: ideo Deus prouidet sibi de omni
ono. Item Sol secundùm Ptolomeū
n Centiloquio suo dicitur esse octies
aior, quàm tota terra.

VEnus est stella benevola, & facit natum pulchrum, & maximè oculis & supercilijs carnosum, mediocris staturæ: secundùm animam verò blandum, facetum, eloquentem, musicalia diligentem, voluptatem, gaudium & choream desiderantem, ornatum corporis diligentē, & suauiter incedentem.

Prosequitur de 5. planeta, qui dicitur Venus. Vnde Venus habet plura nomina. Primo dicitur Venus à venerando, q̄a antiqui venerabantur eam causa amoris. Etiam dicitur Lucifer, quia de mane lucem indicat̄, quando Solem præcedit: Secundò de vespere dicitur Hesperus, quia vesperum de nocte indicat, Solē tamen sequendo, & habet colorem candentem & fulgentem inter sydera, & complet cursum suum in CCC. & tribus octo dicbus, & Venus in magnitudine, sicuti vna pars de viginti octo partibus ter-

ræ:

ræ:& ſecundùm Aſtronomos tãtum diſtat à terra, quod ad illam partem, vbi propinquior eſt terræ, & homo venit in ſexaginta quinq̃ annis, & XX. ſeptimanis, & vno die, ſuppoſito quod dieta hominis eſſet decem miliaria. Nota. Venus eſt planeta calidus & humidus virtualiter, & facit natum luxurioſum, & pulchrũ, quia gratia humiditatis facit ipſum poſſe in opere. Item facit natum diligere muſicalia, quia muſica eſt vtilis pro cantantibus & amatoribus, quia carmina confortant amorem. Item nota, ſuppoſito quod Venus & Saturnus venirent ſecundùm oppoſitum, tunc natus illo tẽpore non eſſet omninò malus, nec omninò bonus, ſed medio ſe haberet modo: quia bonitas Veneris retardat malitiam Saturni, quantum poteſt, & ſic facit medium.

MERcurius, quem Astronomi solent assequi, asserunt & eius radios contrahi, facit natum corpore gracilem, satis paruæ personæ, barbæ pulchræ & raræ. Secundùm animam verò erit sapiens & subtilis philosophiam diligens & studium, & erit bonorum morum & perfecti sermonis, & ille multos acquirit amicos, & tamen non multum fortunatus. In eo bona consilia vigent, verax, & nullius perfidiæ, expers infidelitatis, & inscius, & non conscius, id est, socius in malo.

Hîc exequitur de sexto planeta, qui dicitur Mercurius. Nota quod Mercurius semper graditur cum Sole, & nunquam ab eo distat amplius, quàm triginta gradibus. Colorem habet radiantem, rarò propter vicinitatem Solis videtur, sed tamen in meridie mediante speculo videtur. Et dicitur Mercurius, quasi mercatorũ kyrios, id est, Dominus, quia mercatores indigent

ligẽt eloquentia, vnde Mercurius dicitur deus eloquentiæ, & complet cursum suum in trecentis, & triginta tribus diebus, ita quod modicum minus, quàm per annum, & quãtitas Mercurij est sicut vna pars de viginti duabus millibus partibus terræ, ideo stella est parua. Litera dicit, quòd Mercurius contrahitur à radijs Solis. Ratio est, quia continuè mouetur sub Sole, & propter radios Solis videri non potest: quia magis lumen offuscat minus. Item natus sub eo diligit philosophiam, quia facit natũm subtilem secũdùm animam, ideo diligit subtilia. Item Mercurius facit hominem loquacem, multas patitur infirmitates, estq; ipse boni consilij.

LVna cùm sit velocioris motus, facit natum vagabundum, sermone verũ, nullius seruitij, iucundum, & me-

diocris staturæ, & habet inæquales oculos, scilicet vnum altero maiorem.

Exequitur de vltimo planeta, qui Luna dicitur. Septimò nota, quod Luna est velocissimi motus, ideo natus eius est vagus, nec potest durare in aliquo officio vel seruitio Et quod Luna est velocissimi motꝰ, patet, qa quanto planeta est inferior, tanto citius mouetur, quia Luna cõplet cursum suum in 27 diebus, & 7 horis. Secundùm Astronomos tantum distat à terra, quod ad eam partem vbi propinquior est terræ ad concauum orbis Lunæ, homo veniret in 12. annis, & XVIII. septimanis, & tribus diebꝰ, supposito, quod dieta eius esset decem milliaria cum dimidio. Nota, quòd Luna habet lumen à Sole, & quando currit cum Sole, habet maiorem vigorem & vim, & in nouilunio, & in quolibet mense anni com-

plet

plet cursum suum per 12. signa. In Luna videmus maculam, & causſa huius est per Cõmenta. secundo de Cælo, quia Luna est corpus rotundum & rarum & densum ex nubibus, & ideo in medio propter raritatem non potest reuerberare lumen Solis, & penetrat ipsum in medio, & per hoc patet obscuritas.

ET sciendum quòd omnes stellæ, & aliæ partes corporis super cælestis illa officia diuinitus exequuntur, & semper sic agunt, & sic nunquam expediuntur, quantum ex parte eorum, & ideo fas est dicere secundùm ea, quæ dicta sunt, omnia inferiora à superioribus regũtur, & ideo illa quæ diuino sacrificio & bestiali immolatione, & alia, quæ in mundo sunt, non possunt remouere actionem corporum super cælestium dantium vitam & mortem

Hic author ponit vnum notabile,

tiam respectu inferiorum in tantum dictū est. Est autem notandum, quod aliquando plures fœtus nascuntur in matrice, hoc autem est per segregationem seminis in ipsa matrice, quia matrix habet cellulas in se: cùm autem in quamlibet cellulam recipitur materia, fœtus ibi fiunt multi

Hic respondet cuidam quæstioni, quia aliquis posset contradicere authori. Ex dictis namque patet, quod omnia ex necessitate veniunt, quia eueniunt iuxta cursum planetarum, & ille non potest impediri secūdùm authorem. Vnde omnia bene eueniunt ex necessitate conditionata, sed non absoluta: hoc declarat quilibet effectus, qui de necessitate euenit stātib suis causis necessarijs & infallibi lib°, vt dicit Aristoteles secundo Posteriorum, sed quia maior quandoque est indispositā, ideo eorum effe-

ctus

stris. Quando videret aliquem effectum Saturni de necessitate, vt frigiditas, tunc potest se cauere à nocumento, sed non potest impedire eorum effectum simpliciter, quando ita semper agant. Et author loquitur naturaliter, cùm dicit per sacrificia non potest remoueri effectus planetarũ, quia Theologus tenet ibi oppositam partem, quia omnia sunt in potentia Dei, & Deus agit liberè, & sæpe exaudit orationes fidelium.

EX istis verbis sic fortè aliquis crederet me sic cadere in duplici peccato. Primo quidem, quia statim visa superficie verborum, concluderet ex eis verbaliter, omnia de necessitate venire. Secundo quod me occultorem Christianæ fidei vellet dicere: sed quia declaratio amplior est in hac parte, ideo eam omittimus. Et de illis planetis & viriliter de superioribus corporibus cælestibus, quo ad influentiam

tione generantur. Iuxta quod notandum, quòd illa animalia imperfecta, sicut muscæ & similia, non semper eodem modo generantur, sicut perfecta animalia, quia per decisionem seminis non generantur, sed ex putrefactis, vt patet quarto Metaphysicorum.

Caput quartum, in quo author agit de formatione fœtus in vtero, & primò facit digressum à proposito Secundò regreditur ad propositum, vbi respondeamus, quod musca & araneæ sunt animalia imperfecta: non sunt de perfectione vniuersi, non tamen sunt omnino frustra, quia natura ipsa ordinauit, vt malos humores absorbeant, vt eo melius homines à malis humoribus præseruarentur.

VTRVM

ctus impediuntur per accidens: & sic supposito, quod virtus planetarum in tali signo indicat mortem, tamen adhuc homo per remedia potest conseruari: & sic materia non est disposita seu apta ad talem effectum. Ex illo patet error illorum, qui dicunt omnia euenire de necessitate constellationis.

DE GENERATIONE animalium imperfectorum. Cap. IIII.

VT autem ea, quæ dicta sunt, lucidiori lumine cognoscantur, & quomodo aliquando plures fœtus fiant in matrice, & plures pueri nascantur, sicut duo gemelli, oportunum est modicum transgredi ab hominis generatione, & videndum est de generatione animalium imperfectorum, quæ non ex semine, sed putrefactione

vltro generabit sibi similem in specie, per decisionem seminis. Et illud idem declaratur in mure, quia tempore suo quidam mus erat factus ex putrefactione, & ille vltra sibi generauit similem in specie ex semine. Plures possent adduci rationes, sed prædicta sufficiunt, quia longum esset omnia accidentia ad illam materiam enarrare.

Hic author mouet dubium. Primò ponit opinionem Auicennæ & rationes. Secundò reprobat illam ibi breuiter. Ad illam opinionē nota, quòd Auicenna posuit datorem formarū, vt per Comment. 12. Metaph. & 4. Et ideo ipse vltra posuit, q̃ virtus diuina mediante motu planetarum possit infundere formas, & dare esse, tunc vltra putrefactione rebus generatis, illa vtraque generant sibi similia, sicut posuit, si virtus Solis in terra producit plantam, quod illa mediāte fructu & lumine posset produ-

cere

VTRVM autem animalia eadem ex semine vel sine semine generentur, dubitatio est apud plures. Opinio enim Auicennæ libro de diluuijs est, quòd eadem animalia ex semine & sine semine generantur: & hoc declarat, quia diluuium fieri potest adhuc vniuersale, & in tali diluuio corrumperentur omnes viuentes, corruptis autem omnibus viuentibus influentiæ in cadauera mortuorum, quæ putrefacta sunt, & tunc ex virtute cæli generabuntur eadem, quæ prius fuerunt, sic quod vnum generabitur ex putrefacto, & aliud per decisionem seminis sibi simile generabit in specie: igitur eadem ex semine & sine semine generabuntur. Et declarat possibilitatẽ huius ad sensum, dicens: Capiantur capilli mulieris menstruosæ, & ponantur sub terra pingui, vbi iacuit fimus tempore hyemali, tunc in vere siue æstate quando calescent calore solis, generabitur serpens longus & fortis, illẽ vltrò

quendam vitulum cecidisse de cælo, quem dixit generatum fuisse in aere ex putrefactione.

SED breuiter ad illam opinionem dicendum est, quod ipsa non est vera. Ratio est, quia secundùm Philosophum 8. Physic. sicut aliquis habet propriam materiam, sic proprium habet agens: quia tali materiæ est talis forma, quia alius est actus materiæ, & alius est actus formæ, vt dicitur 8 Metap & cùm illa animalia habent diuersas formas, ergo & materias, & per consequens diuersa agentia & generantia habebunt. Intentio enim Philos 8. Physic. est, quod eadem animalia saltem secundùm speciem possent fieri ex semine, sicut sanitas quandoque fit ab arte, quandoq; à natura. Sed in hoc differt ab Auicenna, qui ait, quod nũquam animalia perfecta sine semine fiant: secundũ autem Philos hoc non est verum: differt etiam ab eo, quia secundùm doctrinam Phil. 2. Meteor. Diluuium

ere aliam plantam. Nota, quod cri-
nes mulierum menstruosarum sunt
multum humidi, grossi & venenosi,
& ideo si ponantur sub pinguiterra
in hyeme, generabūtur humiditates,
& venenositates per Solis virtutē, &
possunt verti in serpentes. Sic dicitur
basiliscꝰ fieri artificialiter in fimo ex
ouo. Vnde fimus est terra pinguis, ar-
uinata, humiditate repleta, ideò facit
aliq d fructificare, vnde in terra arida
& ficca illud non habet veritatem. In
hyeme fimus ab intra est humidus &
calidus sufficienter, q a frigus circum
stans non permittit calorem innatū
exhalare & recedere. Nota, quod mus
qui generatur ex putredine terræ, est
grossior alio mure generato per de-
cisionem seminis, & ille habet caudā
maiorē, & est multū venenosus, quia
materia fuit putrida valdè, ex qua
productus est. Item Auicenna posuit

incorporata in putrefactis ab vna parte, & agentia à quibus semina deciduntur ab alia parte, scilicet in propagatis: sic illi duo mures differunt specie, & si serpens fit, generatur per decisionem seminis, illi differunt specie. Nota, quod est impossibile fieri diluuium vniuersale, quia planetæ non possunt sic concurrere, sed bene fit diluuiū particulare. Vt si omnes planetæ frigidi concurrerent in hoc frigido signo piscium, quia illud signum est summè frigidum, ideo cōtingere posset, quod diluuium tunc generaretur in vna regione, quam illud signum respicit, & sic non posset fieri nisi miraculosè diluuium. Legitur enim q̄ factum fuit diluuiū vniuersale propter malitiam hominum, de illo nihil hîc ad propositū, cùm nauraliter loquamur. Ex dictis nota, per experientiā videmus, quod tempo-

uium vniuersale est impossibile apud naturam, tam per ignem, quàm per aquam. Et hanc rationem ponit Albertus quod diluuium ex constellatione humectante, ideo si cõstellatio humectans respicit vnam partẽ terræ, tunc alia opposita terræ respicit aliã partem, scilicet constellatio desiccans. Et quantum vna humectat in vna parte, tantum alia desiccat in alia parte: ideo impossibile est, quod dicit Auicenna.

Hîc improbat opinionem Auicennæ. Et non rationem Cõmentatoris probando, quod generatum ex semine, & sine semine, differũt specie, sic quod agẽs est diuersum, & recipiens diuersum, & sic receptum erit diuersum, sed à propagatis, & à putredine generatis, sic est, quod materia est alia, scilicet semen & putredo, igitur, &c. Item agentia sunt duplicia, sicut virtus Solis & stellarum cum calore

rorum hæc generatio est vniuoca, saltem virtualiter, non autem formaliter. Per hoc soluitur dubitatio, quam quidam faciunt, dicentes: Omne quod generatur vniuocè, ex sibi simili generatur in specie. Verum est, at formaliter aut virtualiter, vt iam dictum est. Circa hoc nota, quod ex eadem materia plura animalia imperfecta nascuntur, vt quæ ex stercore nascũtur muscæ, vespæ, & plura alia, & diuersi coloris & figuræ, & similiter scarabæi.

Hic soluit dubitationem, & respõdet secundùm intentionem suam. Nota, quod secundùm Albertum talis est modus generationis animalium ex putredine, quia calor Solis quando protenditur vsq; ad materiã putridam, tunc extrahit humidum subtile ab illa materia, & generantur quædam pelliculę, ita quod calor interior non permittitur exire, & tunc

virtute

tempore hyemali in vna regione plus generatur de aqua, & in regione oppo sita, vbi est æstas, plus generatur de aere & igne, secundùm cursum planetarum.

REspondeamus & dicamus, quod quædam sine semine generantur, & causſam huius generationis reddit Philo. 4. Metheororum dicens: Calor disgregans corpus mixtum, facit per hoc quod subtile extrahit, et relinquit grossum: & non est absolutè calor, sed est virtus cōstellationis cælestis. Et Philosophi intentio est, quod materia, ex qua animal sine semine nascitur, est aliqua humiditas subtilis, in qua quidem calor naturalis sæpe agit ex parte cæli, qui dum proportionatus est materiæ, in quam quidē materiam forma talis debet introduci, hanc humiditatem calor cælestis iam dictus, segregat à qualibet parte grossi terrestris. Et secundùm intentionem Philosophi, 7. Metheo-

tredinali. Et ideo Auicenna in 12. Metaphysicorum, in illa digressione, vbi improbat Auerrhoim, Platonem, & Themistium, quod ex putredine generantur ranæ. Sed author dicit, calor Solis attrahit humidum à putredine Probo per experientiam Accipio vnum murem putredinalem, & ponam in locum vbi sunt radij solares in vigore, inuenio, quod calor solis facit exhalare totam materiam muris, ita quod nihil remanet ibi, nisi pellis Nota, quod generatio 6. Metaph diuiditur, & quędã est vniuoca, quędã ęquiuoca Aequiuoca est, quando formaliter generans & genitũ differunt specie, vt si generatur mus de terra, &c. Vniuoca est quando generans & genitum conueniunt in specie, vt homo generat hominem, vel equus equum. Et ex illo soluitur dictum Phi. 6. Meta quando dicit: omne quod

virtute ſolis ille calor, qui eſt in materia putrida, petit exitum, & impeditur. & ex tali motu ſurſum & deorſum generatur quidam ſpiritus pulſans, mediante quo ſpiritu vita producitur in tali materia. Et ſi quæratur, vtrũ ille ſpiritus pulſans ſit ſubſtantia vel accidens. Dicẽdum, quod eſt ſubſtantia, quia mediante virtute formatiua, ille ſpiritus agit, & quia agens non niſi mediante ſpiritu ſubſtantiam producit, ideo neceſſe eſt illum ſpiritum producit, ideò neceſſe eſt illum ſpiritum eſſe ſubſtantiam: & ille ſpiritus eſt corpus ſubtile, generatum ex ſubtiliori parte materiæ mediante putredine. Sed dubitatur vtrum ille ſpiritus ſit animatus vel inanimatus. Dicendum eſt, quod ille ſpiritus nõ eſt formaliter animatus, ſed virtualiter, quia educit animam viuentis effectiuè de illa materia pu-

aliquid seminis Et ideo talis humiditas diuiditur per loca eductionis fœtus in putrefactis, ideo multiplicantur talia animalia. Et causa similitudinis talium animalium, similitudo humidi educti de corpore in partes homogeneas, & diuersitas speciei taliũ animaliũ sumitur per oppositũ, scilicet per humidum eductum in partes heterogeneas.

Hîc author infert causſam, quare aliquãdo plures pueri nascuntur. Vnde plures sunt causſæ plurium fœtuum particularium. Prima est diuisio seminis in cellulas, & non est sufficiens, quia expertum est per obstetrices, quod semel vna domina peperit massam carneã, continentem septuaginta figuras hominum, modò certũ est quod non sunt tot cellulæ matricis. Secunda causſa est abundantia seminis, & tunc diuiditur, & spargitur, & fiunt plures fœtus. Tertia causſa

est.

ne quod fit, à simili suo in specie fit. Verum est de generatione vniuoca, sed non æquiuoca. Nota, quod animalia generata ex putredine, non habent semper eundem colorem, speciē, vel figuram. Ratio est, quia ista animalia differunt specie, modò quæcunque differunt specie, etiam dicuntur differre figura, & in colore naturali, quia ista consequuntur formam.

CAussa autem diuersitatis illorum animalium est diuisio seminis in matrice, & illud est verum principaliter in animalibus perfectis. Et est notandum, quod in matrice mulieris plures sunt cellulæ, quando tunc semen decisum à patre sic colligitur, quod in vnaquaq; cellula matricis pars seminis sic recipitur, tunc est modus generationis plurium fœtuum, & ille modus generationis respectu animalium imperfectorum accipitur simile, ita quod ibi inest aliquid loco matricis, &

animal longum & valde gracile, quia feruor caloris eius multum extenditur, & siccitas mediata & moderata attenuatur. Et est notandum quod cholericus est crocei coloris, vt frequentius, & sanguineus rubei coloris, melancholicus nigri coloris, & flegmaticus albi coloris. Et quorum natura permixta fuerit, horum & qualitas & color necessariò permixtus erit Sic ergo hoc capite habemus modum generationis animalium imperfectorum ad similitudinem perfectorum, & quomodo plures fœtus simul fiunt, tam in perfectis, quàm in imperfectis, & quare aliquod animal est longum, & aliquod breue, aut quare talis coloris vt frequentius.

Hîc author ostendit causſam, quare quædám animalia generata sunt longa, & quædam breuia, vt satis patet in textu. Nota, quod nullus homo sit purus cholericus, flegmaticus, sanguineus, vel melancholicus, sed

omnes

est, quia quando mulieres in coitu nimis mouent se, & tunc circumspergitur semen, & fiunt plures fœtus.

QVod autem quædam animalia generata sunt longa & stricta, & quædam breuia, hoc est ex diuersitate complexionis humidi, quia ex cholerico calido & sicco generatur corpus longũ, strictum, & gracile, eò quòd calor in eo multũ extenditur. Ex flegmatico frigido & humido generatur animal breue & latum, quia humor aqueus est multũ dilatabilis, & frigiditas nõ multũ extendit ipsum Sed ex sanguineo calido & humido generatur animal mediũ inter longũ, & breue, propter calidũ & humidũ temperatũ Sed ex melãcholico generatur animal strictũ & breue: quia frigiditas nõ permittit ipsũ extẽdi, & siccitas nõ permittit ipsũ dilatari. Ex cholerico autẽ accidentali, & adusto, generatur

animal

alterius negotij, quàm præsens materia requirit, quia respicit scientiam libri de Animalibus, tamen aliquantulum de ipso breuiter tangamus.

Primò præmittit quædam necessaria. Littera dicit quo ordine, quia inter istas potentias est ordo perfectionis & communitatis, ideo dicit Comment. 1. Metaph. inde erroribus, quia primò recipiuntur, & accipiunt formas vniuersales, & postea minus viriles vsque ad determinatas, ergo semper est ordo.

Sperma verò collectum in matrice mulieris augmentatur statim quando infusum est ei, & quando matrix est bene clausa, sed alimentum siue augmentum est à potentia animæ vegetatiuæ, quia sperma te deciso à patre vel generante demisso, est ista potentia vegetabilis, & hoc patet 2. de Anima. Vbi dicitur, quod potentiæ vegetali-

omnes sunt mixti, sed vnus bene plº habet de sanguine, quàm alter, quia nullum est animal in quo elementa æqualiter dominãtur: probat Auerr. 1. de Cælo, quia si hoc esset verum, homo vbicunque poneretur, quiesceret, quod est impossibile. Et tantum de generatione animalium imperfectorum.

DE EXITV FOETVS de vtero. Cap. V.

NVnc autem ad superius dicta de generatione & formatione embrionis in vtero materno, sermonem nostrum conuertamus, & de modo exitus dicamus. Et primò videndum est quomodò istæ tres potentiæ animæ, scilicet vegetatiua, sensitiua, & intellectiua veniunt ad materiam fœtus siue quo ordine. Iuxta quod est notandum, quod illud est alte-

rum existentium inferius. Iam consueuit apud medicos dici, quod prima vita est lata & occulta, media apparens & manifesta, vltima verò excellens & glorioſa. A prima est sensus naturalis, à secunda sensus aiiñalis, à quo est sensus, visus, auditus, & etiam motus voluntarius, à tertia verò est sensus spiritualis, à quo importatur discretio & persecutio, & sic de alijs.

Hic author ostendit intẽtum suũ, ostendendo, quomodo istæ tres potentiæ veniunt ad materiam. Nota, quòd spiritus & semen viri est quodammodo vitalis, quia viuit vita hominis. Et quando istud recipitur in matricem viuam & calidam, tunc operatur in semine mulieris: & virtus vegetatiua & formatiua, primò generat pelliculam secundinam, cui semen inuoluitur, & sic continuò se mouet ad semẽ mulieris, & penetrat in materiam longam, latam, & profundam.

getatiuæ ſunt duo opera, ſcilicet generare & alimẽto vti, quia plãta generat plantã, animal verò animal. Vnde videtur, quòd ab illa anima fluat virtus generatiua proficiens, ſeu competens generationi embrionis: poſtea verò tempore ſubſequenti ſècundùm exigentiam naturæ ſuperadditur materiæ anima ſenſibilis, & poſtea anima illius ſpeciei vel illius Et illæ virtutes, ſcilicet vegetatiua & ſenſitiua, diſtinguuntur per operationes, quæ vltra differãt per obiecta, & non differunt illæ duæ potentiæ, ſcilicet vegetatiua & ſenſitiua, ita quòd ſunt duæ potentiæ diſtinctæ, ſecundùm eſſentiã: eſt enim vna & eadẽ eſſentia vegetabilis, quamuis nõ eodẽ modo, & hoc dicit Phil 16 de anima. Embrio primò viuit vita plãtæ, ſecundò vita animalis, tertiò vita huius ſpeciei vel huius. Etiã additur in homine virtus intellectiua, quæ nõ generatur à materia, ſed à cælo, & eſt de formis infuſa, vnde eſt finis & perfectio omniũ formarum

logicè loquendo, tunc anima est forma substantialis corporis humani, dans sibi esse substantiale. Sed Auerroes ponit, quod intellectus copulatur nobis solùm à generatione, & per copulationem phantasmaticam, sicut nauta naui per nauigationem, & ponit quod sit vnus in omnibus hominibus, & ille articulus est ab ecclesia condemnatus. qui enim hoc credunt, saluari non possunt. Et per hoc tenent potissimè Aristotel. esse damnatum, quia in illa opinione videtur mortuus fuisse. Ita quod ad minus dubitauit sic, quod non firmè credidit quemlibet hominem habere distinctum intellectum à Deo creatum, sicut videtur in 2. de Anima. Nota, q̃ illa forma dicitur educi de materia, quæ extenditur extensione materiæ, ita quod tota est in toto, & pars in parte extensiuè, vt anima sensitiua in cor-

fundam. Et incipit virtus format, & generat ſpiritus pulſantes,& pulſatiles, & in eo generat illos ſpiritus pulſantes, facit materiam viuam, & format venas & neruos, in quibus currunt illi ſpiritus. Vnde ſpiritus & venæ pulſatiles, vel ſaltem proportionabiles eius, inueniuntur in arboribus & in plantis, & tunc materia ſic viuente, vita ſpirituum, qui vegetant illam materiã, tunc anima ſenſitiua recipitur in illa materia. Et tũc in homine materia ſtante ſub anima cognitiua, quæ eſt vltima forma naturalis per virtutem Dei & cæli intellectus infunditur & introducitur. Vnde loquendo tam phyſicè, quã Theologicè, intellectus nõ educitur de potentia materiæ, quia intellectus non eſt corpus nec virtus in corpore, per Commẽtatorem 3. de Anima, Commento quinto & quarto. Sed Theo-

motum, per quem rumpitur matrix; vel propter alia mala. Et ideo meretrices & doctæ mulieres, vel lenæ in hac arte, quando sentiunt se impregnatos, mouent se de loco ad locum, de villa ad villam, ducunt choreas, & multa alia mala, & frequentius multum coeunt, & luctantur cum viris, vt per motum liberentur à conceptione, & cupiunt coitum, vt per delectationem obliuiscantur dolorem, qui generatur ex destructione fœtus.

Hic author exequitur intentum suum de egressu fœtus. Nota quod omnis fœtus, qui egreditur in nono mense, vt sæpius viuit, quia ille fœt' est bene maturus, & satis fortis, quia nonus mensis correspondet Ioui. Iupiter verò est benevolus planeta, scilicet calidus & humidus. Ideò est ministrator & nuncius vitæ, vita autem cõsistit in calido & humido. Author dicit, quandoq; in 11. mense fit egressus, &

in corpore pedali est pedalis, & in semipedali semipedalis, licet sit tota in toto virtualiter. Nota, quod author videtur ponere illud, quod potentia vegetatiua sit pro aliquo tempore in materia, pro quo non est sensitiua. Illud est verum manifestatiuè, ita quod prius manifestantur opera huius potentiæ, & prius apparet fœtum nutriri & augmentari antequam sentiat, & se moueat.

TEmpus verò egressionis fœtus ab vtero materno, vt frequentius est in nono mense, quibusdam tamen in octauo, quibusdam in X. & quibusdam in XI & etiam non vltra. Quidam verò mulieres solent parere in VI. mense, & abortiuè, ideò naturam hominis non producunt, sed aliquam materiam carneam & lacteam. Illud autem accidit eis propter plura, vt patet: quia materia menstruorum corrupta est, vel per nimium

EST autem notandum, quod iuuenes ex timore & ex ictu tonitrui sæpè disponuntur, quòd fœtus vitam habens moritur, & si vitam non habuerit, possibile esset, quod semen motu naturali à forma hominis destrueretur. Causa autem huius primò accidit ex parte timoris, à quo totum corpus immutatur & disponitur ad ægritudinem, & per eius aduentum fœtus læditur & extinguitur. Secundò ex parte fulminis, quod penetrat vsq; ad interiora, & ea destruit, & combustionem facit, tamen nullum signum adustionis extra appareat, propter vaporis illius sublimitatem. Et est etiam vapor ille sotiissimus, quia etiam quandoq; interficit hominem, eò quod penetrat ad membra vitalia interiora, & propter subtilitatem non apparet adustio, eò quod magis ledit ictu quàm calore. Et tunc, vt frequentius secundùm dispositionem naturalem interiorem, vbi fœtus inuenitur dispositus, tũc consumit totũ humidũ radi-

sus, & illud non est verum, sed mulieres decipiuntur in computatione, quandoq; concipiunt vnam massam seminis, & post aliam quindenam impregnantur, & tunc putant se concepisse prius, vnde illa massa prius concepta eijcitur & emittitur tempore conceptionis. Nota, quod quando puer primò egreditur, tunc ponit digitum ad os, ex suæ naturę exigentia. Ratio, quia puer exit de matrice, tanquam de balneo calido, & tunc veniens ad aerem, sentit frigus, ideò ponit digitum ad os calidum, vt calefaciat ipsum. Item, quando nascitur, tunc sonat, quia patitur ab aëre frigido. Et si faciat clamorem in ventre, signum est quod non erit viuus, quia aliunde non faceret clamorem, nisi à quadam læsione vel pressura.

exagitantur, & tunc scindunt nubē, & ex tali forti motu fit tunc incensio illarum exhalationum, & sic per consequens fit coruscatio. Et ideò omnes illi grauiter peccant, qui dicunt quod fiat in tertia regione aeris, quia fit intra nubes Et duo sunt motus tonitrui, s. ictus & fulmen. modò ictus ille quandoque scindit arbores, & ille est sonus, & ictus non scindit, sed fulmē, quia est valde subtile, quia ex exhalatione subtili calida, & illud fulmen sæpè comburit calceum pede illæso. Quia quandoq; fulmen ita citò recedit, quod pedē non tangit, & quādoq; cōburit pedem, calceo manente illæso Ratio quia calceus est substātia porosa, sicut omnis pellis, ideo trā sit per omnes poros calcei, & inuenit pedem resistentem, ideo illum comburit.

ED

radicale & complexionale ipsius fœtus, & tunc fœtus extinguitur. sciendum quod illa non sunt ficta, quia sicut recitat Albertus de operatione & effectu fulminis quod ictu tonitrui quandoque videtur comburi calceum pede illæso, & è conuerso. Et quandoque pili iuxta loca libidinis membris illæsis, & quod ictus fulminis pertingit ad interiora per hunc modum quem dixit. Fides huius est, quia venenosus serpens percussus à fulmine, per paucos dies vermiculat & putrefit. Et est serpens, à quo tollitur venenum per huiusmodi impreßionem. Item signum fidei est dolium pertusum, vinum stetit per aliquod tempus non exeundo de his autem & de eorum cauſsis superfluum est hic dicere.

Hic author ponit quædam notabilia. Et primò nota, quod tonitruum quandoque ex calore fit, si quando exhalationes calidæ recipiuntur inter nubes, & ibi per frigus nubium

SEcundum dubium vtrum in hora eiectionis seminis, id quod influitur à planetis, posset prohiberi ab ipso fulmine, & tetigisse materiam seminis ex parte patris & matris.

Hic mouet secundum dubium, & potest sic solui, quod virtutes planetarum possunt impedire fulmen, idcò quià planetæ quidã influunt virã; & esse talẽ hoc fulmẽ destruit. Tunc vltra dubitatur, quare hoc potius fit in principio eiectionis seminis, quã tempore sequenti: Dicendum quod tempore eiectionis tunc semen est adhuc tenue, & citò potest impediri. Secũdò dubitatur, quia dictũ est quod superiora nõ possunt impediri, quia semper agunt naturaliter. Dicitur quod bene possunt impediri in illis, quæ sequũtur opera breuia illo fum.

TErtium dubium, vtrum per ictum fulminis tangentem materiã ex vtra-

trag-

SED de his, quæ dicta sunt in textu, quædam dubia moueri possunt, quorũ solutiones & determinationes vobis committo Primum est, vtrum possibile sit in illo tempore quando vir est in coitu cum muliere, si effectus fulminis per tempus illius motus fuerit, si semen receptum hora eiectionis possit recipere aliquã nouam impressionem, per quã disponatur ad aliquid aliud, quã sua natura particularis intendit.

Hic author mouet quædam dubia, quæ non soluit, sed remittit ea nobis soluenda, & primum dùbium soluitur sic, & dicitur quòd fulmen in hora eiectionis seminis posset impediri à forma, quã particulare intendit. Quia possibile est, quod forma faciat materiam venenosam, & sic facit ipsam ineptam ad generationem hominis, quod ex illa materia generantur bufones & alij vermes, & sic patet solutio primi dubij.

naturaliter tendit ad ortum, & incipit laborare ad egressum, ideo in septimo mense habet bene, ita quod motus eius naturalis est, ita quòd in octauo mense exit libenter, & subitò morietur. Quia multum in septimo mense laborauit, & sic debilitatus est. Si verò nono mense exeat, est sanus, & requieuit per octauum mensem à laboribus habitis in 7 mense.

Hic author exequitur de exitu fœtus in speciali. Nota, quod fœtus in octauo mense malè se habet. Hoc probatur extra textum, ratione, quia Saturnus tunc dominatur, & ille est cõtrarius vitæ animalis, quia est frigidus & siccus. Alia ratio patet ex textu. Tamen si fœtus esset valde fortis & haberet amplum foramen, per quod exiret, sic posset euadere & sanus exire, sed hoc rarò contingit. Sed quod in nono mense sanus exeat, patet, quia nonus mensis correspondet

Ioui,

traque parte, posset influi semini virtus, per quam procedit ad formam masculi, ita tamen quod materia prius disposita fuerit ad fœmellæ formam vel dispositionem, & è conuerso.

Mouet tertium dubium, & soluitur sic: si materia esset disposita ad formam fœmellæ, tũc per ictum fulminis in masculũ disponi posset, & è conuerso. Quia possibile esset quod per ictum fulminis inferretur aliqua virtus, per quod semen viri esset vigorosius semine mulieris, & è conuerso Et idem cõtingere hoc posset, & illæ solutiones sunt probabiles. Et vult author dicendo quod illa dubia sunt multum occulta, ideo in littera non soluit ea.

QVia fœtus in septimo mense, vt frequentius bene habet, ita quòd motus eius naturalis est. Si autem permanserit vsque octauum mensem, tunc

natu-

dit caput in exitu, tunc valet negotium, quia tũc alia membra faciliter sequuntur, & fit partus leuis.

Hic author ponit vnum notabile, & est satis notum ex textu. Sed notandum quod quando fœtus præponit pedem vel manum, non potest bene exire, quia tunc iacet obliquum in vtero latere, & maximè stimulat, & tũc mulieres retrudunt, & retrudendo fit maximus dolor. Et quando vulua mulieris est arcta, & fœtus est magnus, & tunc potest fieri ruptura vsq; ad anum, & istud maximè contingit in mulieribus pinguibus, quia pinguedo earum facit strictum & arctũ meatum.

SED circa ea, quæ dicta sunt, dubitatio oritur omnibus mirabilior, scilicet vnde puero iacenti in matrice nutrimentum, cùm matrix sit vndique clausa. Iuxta quod notandum, quòd fœtus est clau-

sus in

Ioui, qui est calidus & humidus, & est principium vitæ.

VBI sciendum, quod in quibusdam mulieribus est maior dolor, quàm alijs, qui in quibusdã accedit, quod fœtus quandoque prætendit manum & quandoque pedem, quæ omnia sunt nociua. Tunc obstetrices fœtum diligenter retrudunt, & ex illo generatur magnus dolor, ita quod plures mulieres, nisi fuerint valde fortes, debilitantur vsque ad mortem. Accidit quandoq; etiã in parta mulieris, quod rumpitur vulua vsque anum, ita quod illa duo foramina vnum fiunt. Et tunc obstetrices discretæ vtũtur quodã vnguento, vngẽtes vuluam, & diligenter retrudunt matricem, quia matrix sæpè læditur & vulneratur in vulua Ideo necessarium est, vt in partu mulierũ habeãtur discretæ mulieres, & in hoc opere expertes Hoc aũt didici à quibusdã mulieribus, quòd quãdo fœtus prætẽdit ca-

dit ca-

matrice in vtero mulieris, quæ vocatur vmbilicus, & pendet vtero materno cum pendicula ex parte matricis annexa.

Hic author mouet vnum dubium, vt patet in textu. Nota, quod ſecundùm Ariſtotelem in quinto Metaphyſicorum, tunc iſta vena & vmbilicus debent eſſe adnaſcentia vel cognaſcentia, quam matrix mulieris, & vmbilicus pueri coniunguntur, mediante illa vena, ita quod cibus tranſit à mammillis mulieris ad vmbilicum, mediante illa vena. Nota, quod vmbilicus directè eſt in medio corporis, in homine bene formato, & mediante ipſo cibus æqualiter inflatur omnibus mẽbris à mãmillis mulieris. Et dicitur vmbilicus ab vmbo onis, quod eſt media pars clypei, & ycos cuſtos, quaſi cuſtos vmbonis medij in corpore. Item dubium eſt, quare in mulieribus mammillæ ſunt

ſupra,

sus in matrice mulieris, virtute naturali in tali complexione occulta. Primò inter omnia nascitur quædam vena vel neruus, quæ perforat matricem, & à matrice procedit vno tramite vsq; ad mãmillas. Modò fœtus est in vtero mulieris, tunc indurantur mammillæ mulieris, quia tunc substantia menstrui fluit ad mammillas propter clausuram matricis, & ideò substantia menstruosa fortiori decoctione cogitur vsque ad colorem albedinis, & appellatur flos mulierum, & ideo vsque ad colorem lactis dealbatur, & illud lac mulieris dicitur. Et sic illo modo decoctum mittitur per talem venam ad matricem, & ex hoc fœtus nutritur tanquam de proprio & naturali nutrimento. Et hæc est vena, quæ in exitu fœtus ab obstetricibus abscinditur in vmbilico, & ideo videtur in puero nota, quòd vmbilicus eius sit ligatus cum aliquo ferro, ne aliquid exeat de corpore eius per hanc venam, quæ abscissa est in

matrice.

lius valerent paruæ mammillæ, quã magnæ. Dicendum est, quod mediocres sunt melius valentes, vnde magnæ non sunt vtiles, quia in ipsis est calor diffusus hinc inde, & non habent multum de calore, & ibi est mala digestio. Etiam paruæ non valent, quia ibi est modicum nutrimentum. Item nota, quòd fœtus in vtero materno secundùm nutrimentum disponitur, & ideo mulieres impregnatæ prohibentur, vt caueant se à fortissimo potu, sicut forte vinum, quia non possunt bene digerere illum potum, & potus fortis non competit fœtui, cùm adhuc ipse sit multum tener & debilis.

supra,& in alijs animalibus infra. Dicendum, quod duplex est causa Prima si mammillę mulierum essent infra,impedirent transitum, ideo natura sagax sic ordinauit. Sed vacca, capra, & alia animalia habent quatuor pedes, ideo mammillæ non impediunt transitum Secunda causſa, quia in mulieribus à corde depēdet calor, & ille calor extendit se vsque ad māmillas, ideo habent eas in pectore iuxta cor. Sed brutis maximè dependet calor ab hepate, & ideo influitur calor ad mammillas, ideo sunt infra, & ideo sic etiam melius mulgentur & lactantur à fœtu. Sed dicis quare viri non habent mammillas? Ratio est, quia viri non patiuntur mēstrua, & non nutriunt pueros, ideo non est necessarium. Sed habent summè paruās, sicut mulieres habent testiculos valde paruos. Sed dicis, vtrum me-

nutio attribuitur materiæ in se, & tunc cùm membra principalia primo puero debent formari & ordinari, natura sagax & ingeniosa facit, completius potest, & ea, quæ sunt principalia, format, & istis formatis & dispositis ad formationem ceterorum membrorum studet, & ibi ex materia, quam habet, facit quod potest, & format partem diminutam, quando diminutio est in materia, & ideo contingit error, & ideo contingit caput aliquando esse maius vel minus, quàm natura requirat illius individui particularis sic generati, quia si diminutio in materia parti præexistenti formatione obfuisset, caput sic formatum sub diminutione materiæ esset proportionabile naturæ individuæ in se & in omnibus alijs membris, & illud etiam de alijs principalibus concludi potest, cùm istis principalibus debetur ordo, vt Philosophi naturales & medici testantur. Alio quidem modo diminutio materiæ attri-

DE MONSTRO IN natura. Cap. VI.

Sicut dicit Aristoteles secundo Physicorum, quod sicut peccatum est in natura, sic etiam in arte. Cuius declaratio ad præsens negotium multum valet, & ad manifestationem intenti in quantum nunc expedit. Vnde sciendum, quòd monstra siue peccata in natura vocantur illa individua alicuius speciei, quæ in aliqua parte corporis cursum communem illius speciei excedunt, sicut contingit videri in hominibus habentibus nisi vnum pedem, vel tantùm vnam manum, & sic de alijs. Notandum est autem quod istud miraculum, quod Philosophi mõstrum, naturæ appellant, accidit multis modis, aut enim ex diminutione materiæ, aut ex superabundantia Ex diminutione verò contingit pluribus modis. Primo modo dimi-

producēs quandoq; errat, quia quod melius est semper intendit. Sed hoc ex parte materiæ abundantis vel deficientis, ita quod monstra fiant secūdùm defectum materiæ. Et hoc dupliciter curant secundùm quantitatem discretam, sic quandoque vnus generatur cum vno pede, vel cū quatuor digitis in vna manu. Aut secundùm quantitatem continuā, sic generatur aliquis cum nimis magno capite vel cum nimis magna manu. Si verò per abundantiā fuerit, hoc etiā dupliciter, aut secundùm quantitatē discretam, sic quandoq; generantur homines habētes duo capita, vel sex digitos in vna manu, & sic de alijs: aut secundùm quantitatem continuam. sic generatur aliquis cum maximo capite, præter cursum communem illius speciei. Nota, quod monstrum dicitur, eò quod monstrat se videntibus.

tribuitur parti alicui generandæ ſpecialiter.

Hîc author exequitur intentum ſuum de modo generandi monſtra in natura, & adducit ſimilitudinem, & vult quod natura aſſimilatur arti, quia ſicut aliquis artifex primò formatat & ædificat bonum fundamentum, poſtea ſtudet ædificare ſuper illud fundamẽtum. Sicut ſimiliter natura prius membra principalia & magis neceſſaria format, ſcilicet cor, hepar, cerebrum, & teſticulos, & poſtea minus principalia, ſcilicet manus, pedes, & brachia, & ſic ſi defectus eſt in materia, tunc melius eſt eſſe magis principalia, quàm minus principalia.

Nota, quod duplex eſt natura, quædam intendens, alia producens. Modò natura intendens non errat, quia quod melius eſt ſemper intendit. Sed

IVxta quod notandum, quia secundùm intentionem Philosophi omne mixtum consurgit ex quatuor elementis, & ideo quod est naturæ igneæ, cadit in suum simile, & quod est de natura terræ, cadit in suum simile, & sic de alijs. Ex isto aliquis crederet & opinaretur me velle dicere quòd elementa formaliter essent in mixtis: hoc enim est contra intentionem Phil. 1 de generatione, vbi vult quod solũ virtualiter sint in mixtis: modò ex istis possibile est aliquando semẽ habere proportionem diminutam ex parte alicuius impedimenti specialis: & si ex parte terræ fuerit, contingit diminutionem fieri in ossibus, eò quod ex terra radicaliter formantur, & sic de alijs. Contingit etiam aliquando diminutio corporis indiuidui generari cum vno pede, aliquando in brachijs, aliquando vnius digiti & sic de similibus. Si verò ex altera parte miscibiliter est, tunc possibile est in simili parte generati, menstruositatẽ

appa-

tibus, quia omnes diligimus videre monſtra, propter admirari. vnde mõſtra ſunt ſic intenta à natura per accidens & non per ſe: vnde, ſi natura non poſſet producere quinque digitos in manu, producit quattuor vel tres, ſecundùm exigentiam materiæ illius. Sed dices quare tunc fiunt mõſtra: Ad hoc dicunt Philoſophi, quod fiunt ad exornationem vniuerſi. Nã dicunt diuerſi colores in pariete exiſtentes decorant ipſum parietem, ſic etiã diuerſa monſtra ipſum vniuersũ exornant mundum. Item monſtra etiam maximè fiunt per influentias cæleſtes, quia quandoq; regnat ſpecialis conſtellatio, & ab illa diuerſæ figuręinfluuntur. Vnde expertum eſt, quod generati ſunt duo gemelli tam vicini vel ramifici in dorſo, habentes diſtincta capita vel membra & diſtinctas manus, & nõ pedes, &c.

corporea distincta, non compatiẽtia se in qualibet parte mixti, ideo virtutes earum manent.

EST igitur notandum quod menstruositas non solùm ex parte diminutionis materiæ accipitur vel contingit, sicut iam dictum est, sed etiam aliquando ex malitia matricis, quæ si fuerit lubrica & vitiosa, vel malitiosa, totum semen non retinebit, sed dispergit aliquando ante quam totum semen in massam colligitur, tunc vi occupatur, matrix clauditur, & sic modicum seminis recipitur, à quo debet formari fœtus, & illud habet speciales modos sub se, qui plures sunt Sed de his narrare lõgum esset, & ideo hæc omittantur. Et quando isti modi contingunt, tunc & diminutio effectiuè à mãtrice procedit Quidam verò procedunt ex parte coitus cùm fœmella, sic quòd ad mõstruositatem multum operatur inordinatus coitus, ex eo quòd aliquando masculus est in coitu cum fœmella, si tunc mas-

apparere, vt frequentius contingit in his, qui habent octo digitos in manibus, vel in pedibus, vel duo capita, vel aliquod aliud.

Hîc author declarat dictum ſuum ſecundùm intentum Philoſophi 1. de gẽneratione. Nota, quod author eſt iſtius opinionis, quod elementa maneant in mixtis virtualiter, ita quod ex elementis corruptis generatur forma mixti, in qua reſeruantur qualitates elemẽtorum, ſicut videm⁹ in mellicrato, quod eſt mel, & virtualiter, ſed non formaliter. Illud probatur, elementa ſunt contraria, illa autem, quæ ſunt contraria, in eodem fundari non poſſunt, vt eſt mens Ariſtotelis in quarto Phyſicorum, & authoris ſex principiorum, ſcilicet Gilberti Porretani, & Ariſt. in poſtprædicam. & Petri Hiſpani, & Boethij in libro de diuiſionibus. Item elementa ſunt

ta, quæ non solùm peccat in lege, sed etiam in natura, quia natura debitè & regulariter intendit proijcere.

PEccatum verò naturæ aliquando contingit ex superabundantia materiæ, quæ diminutioni opponitur, & illud habet in se multos casus siue modos speciales. Quando enim superabundantia materiæ est in omni parte eius vel secundùm exigentiam naturæ, & secundùm eius formam, & sic multæ tortuositates & tumores apparēt in membris, & huius est ratio, quia si natura abundat in parte seminis deputati ad corpus vel ad caput, tunc natura facit illud quod naturaliter potest, scilicet, aliquando duo capita, aliquando duos pedes, quorum vnus multum maior est alio, & secundùm communem cursum, & aliquando facit gibbosum in pectore, aliquando in dorso.

Hîc author ostendit quomodo ex superabundantia materiæ fiunt mõstra.

masculus tempore coitus inordinatè iacet cum fœmella, monstrum facit in natura. Narratur enim de quodam qui lateraliter iacuit super fœmellam tempore coitus, & fœmella genera uit puerum in vno latere curuum, & in pede claudum, & cauſſa huius ex inordinatione coitus proceſsit.

Hic author oſtendit aliũ modum monſtrorum ſiue menſtruoſitatis. Vnde matrix quanquam eſt cauſſa monſtruoſitatis, vt ſi fuerit lubrica. Vnde lubricum dicitur illud, quod vix poteſt retineri, ſicut anguilla vel aliud tale. Item coitus inordinatus & vehemens maximè eſt cauèndus, propter fœtum debitè producẽdum, ne ſemen peruersè recipiatur in matrice. Et nota, quòd pro tanto coitus ſtãdo eſt irregularis in natura, quamuis rudes non curant, quia ſemen ita debitè recipi non poteſt, ſicut debet. Ex illo patet, quòd multa ſunt pecca-

ta,

Hîc ponit admirabilem euentum de Hermaphroditis, & dicit Albertus de Hermaphrodito, qui vtrumque membrum habuit, & potuit agere & pati, non quodammodo in seipsum, sed respectu alterius: & hoc peruenit ex eo, quod materia fuit tanta, quod virile membrum fieri potuit. Et mẽbrum virile est semper superius, & fœmineum inferius. Sed dicis quare natura non producit duo membra virilia, & duo fœminea: Ratio est, qa natura de contingentibus facit quod melius est, sed melius est sic ordinari, quia alterum semper superflueret, si faceret duo virilia, quia quicquid vnum faceret, hoc etiam alterum Preterea sæpè accidit, quod generatur gallina, quæ habet membrum indispositum ad coitum, ita paruum sicut gallus, & illud prouenit ex defectu materiæ, Item si contingat quod ge-

ne-

stra. Vbi valet pro sententia, si semen nimium in abundantia sit infusum, & quia matrix est clausa, & quia tunc eius tota materia transmutatur in materiam fœtus, & si tunc pars ex qua debet fieri caput fœtus, est nimis abundans, tunc fiunt duo capita vel tria, & sic de alijs partibus alijs membris deputatis.

SED in omnibus istis mirabilior est iste casus & effectus, quem Albertus recitat, de vno cui nata fuerunt duo membra libidinis, vnum ex parte viri, aliud ex parte mulieris, ita quod potuit succumbere, id est, subiacere, & incumbere, id est, actiuè coire. Et causa huius originaliter trahitur ex superabundantia materiæ, quia materia fuit principium sufficiens generandi vtrunque membrum. Ex superflua autem parte seminis ex qua talia membra solent generari, recitant Auicenna & Albertus, vt patebit in textu inferius.

Hic

tur, à parte illius lateris aperiebantur omnes seræ & clausuræ. Et alius habuit virtutem in sinistro quod vbicunque portabatur erant clausæ, quæ prius apertæ. Et loquor de apertione & clausura serarum in ostijs domorum. Et causſa huius non prouenit ex materia, sed ex speciali constellatione cæli, non solùm ex constellatione speciali, sed etiam ex speciali materiæ dispositione ad talem effectum, quia actus actiuorum sunt in materia bene præ disposita, vel in patiente disposito, vt dicitur secundo de Anima

Hîc author ponit vnum notabile, vt satis patet in textu. Nota, in latere dextro est maior calor, quàm in sinistro. Cor enim iacet in sinistro, & influit calorem in dextrum. Et ideo in dextra generantur masculi, gratia caloris, & ideo dextra pars corporis est fortior & vigorosior, quã sinistra. Vnde à dextro fit motus, 2. de Cælo.

Vnde

neratur fœmella sine apparentia mẽbri mulieris, tunc pellicula est suprapositа, quã opottet remoueri. Nota, quod si Hermaphrodita magis appareat in specie viri, sic se tenebit in tali specie, si autem specie fœmellæ, tunc iterum se sic tenebit. Et non licet sibi ambo opera exercere, secũndùm præcepta legis.

ET nota secundùm Auicennam, si semen cadit in latere sinistro matricis, generatur fœmella: si in dextro, generatur masculus, sed in medio Hermaphrodita, participans naturam vtriusque, scilicet masculi & fœmellæ. Et à viro tanquam à digniori recipit speciem secundùm naturam, licet hæ naturæ fiant in ipso. Recitat enim Albertus, quod sicut quædam talia menstruosa corpora contingunt, sic etiam spiritualia. Dicit enim de duobus gemellis, quorum vnus habuit in dextro latere virtutem, vt vbicunque portabatur,

vsque ad apertionem. Et qui sic se habent, sæpè sunt fures, quia seras possunt aperire. Nota, diuersitatis est hæc causſa, quia secundùm quod virtus cęlestis inuenit materiam disposita, sic operatur in illam.

ET nullus credat, quod quædam dicta sunt ficta, quia in simili contingit videri in lapidibus quibusdã, in quos specialis constellatio agens imprimit speciem & formam hominis vel alterius speciei secundùm exigentiam agentis, sicut visum est sæpè quando lapides diuiduntur, quòd fit ex constellatione speciali. Et nõ est mirum in gemellis, cùm etiam in quibusdã alijs accidat, vbi est possibile inuenire, & omnes modi speciales in monstris possunt reduci ad duos modos principales, scilicet propter inobedientiam, vel insufficientiam materiæ secundùm Auicennam in 2. Metaph. & Aristotelem 3. Meteor. & per inobedientiam intellige indispositionem, quã

do

Vnde dexter pes est modicè maior sinistro. Similiter de manu dextra, & sic de alijs Alio modo patet, quomodo fiat generatio duorum ramificatorum in dorso. Quia quandoq; contingit semen recipi in duabus cellulis matricis, & tunc potest contingere, quod pellicula diuidēs cellulas, corrumpatur, & tunc cōiungunt illa duo semina se inuicem dorso, & habēt distincta capita, & distinctas manus, & distinctas animas; & debent baptizari pro duobus hominibus. Nota quod virtus cælestis mirabiliter operatur, & occultè in inferioribus. Vnde possibile est de duobus gemellis, quod virtus cælestis respicit gemellum in latère dextro, secūdùm talem virtutem secundùm quam influit sibi virtus aperiendi feras contactu, quia ista pars dextri lateris fortè alterat aerem, & ille vitā ferā,

recitat diuersa signa & miracula de inscriptione, seu sculptione lapidum.

ET si quis diceret & argueret sic. Si monstra possent fieri, sequeretur, quòd natura posset priuari fine, quia semper intendit agere regulariter. Dico secundùm Auicennam, quod non semper possibile est ex parte particularis naturæ omnem materiam ad suum finem amoueri, nec etiam est concedendum, quod priuationes suarum actionũ habeant fines, & ideo de ægritudine & morte non est instantia, quia hæc non sunt intenta à natura particulari, sed ab eo, qui hanc regit, & illa appellata est intelligentia, secundùm manifestationem philosophorum, qui dignè locuti sunt de natura Et tantum de his dictum est.

Hic author ponit obiectionem seu instãtiam, & soluit in textu. Pro quo nota, quòd regulariter intẽdens produc-

do materia non eſt bene diſpoſita, ideo nō obedit agenti, et per inſufficientiam intelligo diminutionem vel impedimentum ex parte matricis.

Hic author reſpondet tacitæ quæſtioni, dicens. Diceret ergo aliquis, hæc ſunt ficta, quæ ponuntur hic, & ideo non credantur Nota, quod hæc poſſunt fieri, mediante enim virtute cæleſti in lapidibus multiplex eſt virtus, vnde Albertus recitat, quod in Colonia in quadam feneſtra vidit quendam lapidem habētem ſpeciem regis, & tunc debet naſci magnus rex: vnde in multis lapidibus vultus humanus figuratur, & per illos lapides fiunt diuerſæ medicinæ. Vnde ſi quis Sole exeunte in piſcibus inſculperet ſpeciem piſcis in lapide, ille poſſet conuocare omnes piſces in aqua; hoc eſt, tempore determinato, vnde Haly in Centiloquio Ptolomæi

plura Primum ex parte coitus. Si enim mulier, quando fuerit in coitu cum viro, post coitū sentit frigus, & dolorem in cruribus, signum est quod concepit. Secundum signū, si mulier paucum semen emittit vel nullū, signum est quod concepit

Hic author determinat de signis conceptionis. Ratio primi signi est, quia quando mulier concipit, tunc calor naturalis concurrit ab ipsa pro formatione fœtus, ideo relinquitur frigus in mēbris. Et hoc videmus in simili, quia quando homo comedit, post hoc patitur frigus, quia calor naturalis transit ad stomachum alterādo cibum, ideo nō est studendū post prandium, sed prius modicum labora, vt calefias & sic digestione cōfortata studeas, quia tempore studij spiritus concurrunt ad cerebrū, ipsum iuuando. Illud enim patet in febricitantibus, qui habēt in stomacho hume-

ducere, potest impediri per naturam particularem, & ideo patet, quod mō stra non sunt intenta à natura, nisi vel per accidens. Item nota, natura particularis non intendit fines priuationum, quia videt melius esse, quàm non esse. Sed Deus & natura cælestis sciunt omnia optima disponere, & vocatur intelligentia non errans. Vnde ex primo de Cælo, Omnis mors, corruptio, ægritudo, infirmitas, sunt præter naturam.

DE SIGNIS CONCEptionis. Cap. VII.

SErmone nostro finito, in quantum sufficit de generatione fœtus, & penes quem modum, & pluribus alijs materiæ incidentibus. Vt tamen præsens doctrina magis completè habeatur, notanda sunt signa cōceptionis in muliere, quæ sunt

lectationem matrix comprimitur, & quasi claudit virgam virilem.

ALiud signum si mulier post coitum appetit continuò coitum, hoc est verum in quibusdam, quia quædam mulieres sunt, quæ magis concupiscunt, quando non concipiunt, vt visum est in vna quæstione.

Circa quintum nota, quòd post impregnationem menstrua instigāt ad coitum, & maximè delectationis memoriam, quam prius habuerunt in coitu.

ALiud signum, si menstrua non currunt post coitum, secundùm modum solitum, & si titillatio in ore matricis, signum est quod mulier concepit.

Ratio istius signi est, quia quando mulier concepit, tunc menstrua conuertũtur in nutrimentum fœtus, siue in lac, & fit titillatio in ore matricis

prop-

mores grossos, quos calor naturalis intendit digerere, & vadit ad stomachum, ideo patiuntur frigus febricitantes, & calore recedente à stomacho, patiuntur magnum calorem. Et istius secundi signi doctor assignat rationem, quia matrix clauditur, & nõ permittit semen transire & recedere. Nota, quod iuuenes mulieres, quæ maximè delectantur in ipso coitu, possunt semen emittere & cõcipere, sed hoc non est de senioribus. Item tempore coitus, conceptionis natura retinet semen ab intra, vt non egrediatur, & hoc propter fœtum.

ALIVD signum, si vir in coitu sentiat virgam suam attrahi & fugi quadam clausura ex parte vuluæ mulieris.

Ratio istius signi est, quia quando mulier concipit, tunc vulua fugit quasi virgam virilem; & propter de-

DE SIGNIS AN VIR vel fœmina sit in vtero. Cap. VIII.

VIdenda sunt nunc signa, vtrum masculus vel fœmella sit in vtero. Et hæc sunt signa vera, quæ sequũtur. Tempore conceptionis masculi, color faciei est rubeus, & leuis motus.

Hic author ponit sex signa in numero, vtrum in vtero masculus sit conceptus vel fœmella. Ratio illius primi signi est, quia si color rubeus est, signum est magni caloris, & si est calor magnus in matrice, tunc virtus est sufficiens ad masculum, & tunc mulier leuiter mouetur, quia calor est principium motus.

propter calorem, & tunc dolor in cruribus, quia ſpiritus ſunt clauſi in matrice, quia tranſeunt ad crura, & vegetant crura.

ITem aliud ſignum, ſi color faciei vltra modum ſolitum eſt mutatus: vnde libenter ſolent eſſe rubeæ poſt conceptionem gratia coloris Item ſi aliena cibaria concupiſcunt, nunc terram, nunc carbones, nunc poma, nunc moraſeu ceraſa, ſignum eſt conceptionis.

Cauſſa huius ſigni eſt, quia poſt conceptionem multi humores groſſi indigeſti aſcendunt cerebrum, & illi mouẽt appetitum aliquorum ſimilium, quia ſi ſint calidi humores, tunc appetunt carbones, ſi ſint valdè frigidi & humidi illi humores, tunc appetunt pira aut poma non matura aut ſimilia, quia omne ſimile plaudit ſuo ſimili,

&c.

ALiud, si tale lac mulieris impregnatæ, vel gutta sanguinis ipsius à dextro latere extractum ponatur ad fontem clarum vel ad vrinam eius, si petit fundum directè; hoc est perpendiculariter, signum est masculi. Si verò supernatauerit, signum fœmellæ erit. Similiter si dextram mammillam habet großiorem, signum est masculi Si verò sinistram, signũ est fœmellæ.

Causſa huius quarti est, si petit fundum directè, hoc est signum, quod est bene induratum & inspissatum à calore naturali. Vnde perpendicula est linea latomorum recta, cum qua perpendunt & considerant longitudinem rei, & constituunt duos angulos rectos super basim, super quam cadunt.

ITem sal positum supra caput mammillarum non liquescens, signum est masculi.

Caus.

ALiud signum, si venter tumescit in dextera parte, & rotundatur, signum est masculi.

Ratio illius secundi signi est, quia in dextra parte iacet masculus, tanquam in parte fortiori & calidiori, & tunc venter rotundatur, quia extendi tur & ampliatur.

ALiud si lac fluens de mammillis est spissum & bene digestum, ita quod si ponatur super aliquod corpus bene tersum, non diuidatur, sed partes constabunt, & non fluent, signum est masculi.

Causſa huius signi est, quia illud lac calor indurauit, & compressit, inspissando. Vnde calor habet multa opera: facit enim rem duriorē & subtiliorem, & corrumpit humidum, & inducit siccum.

Aliud

& venter est oblongus, & in sinistra rotundus, & mammilla in sinistra parte nigrescit, et lac eius nigrum erit, indigestum, liuidum, & aqueum & fusum, supra corpus positum, diuiditur pars eius apertè, & positum supra fontem vel vrinam, natat, & sic de alijs. Item si dolor est in sinistra parte, semper est fœmella: si verò in dextera, masculus est. Item aliud experimentum, quod scio esse verum & expertum, si aliquis scire velit vtrum mulier sit impregnata vel non, det illi bibere mellicratum, si tunc senserit punctiones circa vmbilicũ, concepit, si autem non senserit, minimè concepit. Mellicratum autem vocatur potio, quæ fit ex aqua & melle, & fit per hunc modum, quia accipi debent duo cochlearia de aqua, & vnum de melle, tali proportione, & misceantur in simul, & detur mulieri ad potandum in introitu lecti, vel statim post. Et fortè mulieres astutæ dicerent oppositum; & ergo quãdo aliquis vult

expe-

Cauſſa huius quarti ſigni eſt, quia ſi mãmillæ ſunt calidæ, tunc ille calor facit conſtare ſal. Vnde ſal gratia caloris cõſtat in partib⁹. Vnde ſal generatur ex aqua groſſa & multũ bulita, ita quod ſpecialis aqua eſt ad ſal. Vnde calor ignis extrahit de aqua ſubtiliores partes, & illas partes facit exhalare, & tunc ibi remanent partes terreſtres humidiores & groſſiores, & ille per calorem conſtat. Et huius ſignum eſt, quod tẽpore pluuiali ſal liqueſcit in ſcutella. Vnde 4. Metaph. dicitur, ſi ſal debet reſolui in materiã & formam primam, reſoluitur in aquam, & ſic diſſoluitur. Ideo ſi ſal ponatur ad ignẽ, incipit corrumpi, & ſalire, quia contrarium inuenit.

SIgnum aliud ſi mulier prius mouet pedem dexterum ſignum eſt maſculi. Et contrario modo ſe habet ſi fœmella eſt cõcepta, tunc mulier eſt grauis & pallida

& ven-

eis est mala, & piscium est pessima propter viscositates. Vnde dulce supernatat in stomacho, sed quia tunc calor stomachi propter fœtum est debilis, ideo sumpto mellicrato mulier dolet circa vmbilicum.

DE SIGNIS CORRVptionis virginitatis. Cap. IX.

Post hoc notanda sunt signa corruptionis castitatis. Iuxta quod notandum, quòd aliquãdo virgines grauiter corrumpuntur, ita quòd earum vulua multũ ampliatur, quia membrum virile est nimis magnum & ineptum, sic quod mulier tam amplam acquirit vuluam, ita quod vir sine dolore sui membri coit, & tunc prius est corrupta, & hæc est caussa, quare iuuenes mulieres, cùm primò corrumpuntur, dolent pro tempore in vulua, quia ampliat-

experiri, non debet dicere de impregnatione. Et si ipsa conqueritur dolorem capitis, vel alterius partis, vt sæpe solent facere, tunc homo debet semper dicere, illud valet contra talem vel talem dolorem, & debet sibi illum potum dare, & tunc de mane debet dicere, non doluisti in aliqua parte? & si circa vmbilicum dicunt esse, indicium conceptionis in isto iudicatur: si verò non, tunc nõ concepit. Sed quædã mulieres sunt ita astutæ, & considerantes illud sophisma, nolunt dicere veritatem, sed semper alio modo, quàm se habeant in veritate.

Hic author ponit bonum signum simplicis conceptionis, & experientiam veram, quæ patet in textu. Vnde nota, quod ratio istius experimenti est, quia vel mel obstruit neruos & venas, & ex isto generatur dolor circa vmbilicum. Item illud dulce non est sanum, quia omnis pinguedo dul-

cis

DE SIGNIS CASTI tatis. Cap. X.

Signa castitatis sunt hæc: pudor, verecundia, timor, cum casto incessu & loquela, & cum despectu applicant se viris & virorum actibus: sed quædam ita astutæ inueniuntur, quòd omnibus istis obuiare sciunt, & tunc homo conuertat se ad vrinam, quia vrina virginum est clara & lucida, quandoq; alba, quandoque glauca. Si verò fuerit aurei coloris, clara & ponderosa, continet animum coeundi & signum, id est, appetunt: & hoc verum in non corruptis. Corruptæ enim mulieres habent vrinam turbidam per fracturam pellicelæ procedentem, & sperma viri appareret in fundo vrinæ talis mulieris: sed in menstruosis vrina est sanguinea, & in tali mense quando patitur, habet oculos aqueos, & est alterius coloris in facie, & abominationem patitur in cibo. Et ideo sibi quis-

ta est ad coitum disposita. Alia autẽ caussa coadiuuans, quia est quædam pelliculain vulua & vesica, quæ corrumpitur Et quãto plus coeunt, tanto plus in tali ludo fortificantur.

Hic author prosequitur de signis corruptæ castitatis, & satis patet in textu. Sed extra textum aliud est signum, quod vulua virginis semper est clausſa, sed mulieris semper apertè stat, ideo virgo altius mingit, quàm mulier. Nota, si vis experiri, vtrum virgo sit corrupta, pulueriza fortiter flores lilij crocei, qui sunt inter flores, & da ei comedere de illo puluere, si est corrupta, statim mingit. Itẽ, fac eam mingere super quandam herbã, quæ vulgo dicitur malue papel, de mane si sit sicca, tunc est corrupta. Vel accipe fructum lactucæ, & pone ante nares eius, si tunc est corrupta, statim mingit.

sperma semper apparet in fundo propter suam grauitarem. Nota, quod quando mulier est menstruosa, tunc humores ascendunt ad oculos, quia oculus est pars porosa corporis, & citò passibilis, & tunc mulier pallet in facie, & ipsa patitur abominationem cibi, quia non cupit propter infectionem cerebri & oblectationem. Et tunc est nociuum cum eis coire, quia pueri, qui tunc concipiuntur, inclinantur ad morbum caducum, & ad lepram, quia talis materia est valde venenosa.

Est autem notandum, quod mulieres antiquæ, in quibus menstrua fluunt, & quædam in quibus menstrua sunt retenta, si inspiciunt pueros in cunis iacentes, intoxicant oculos eorum visu, vt ait Albertus in libro de menstruo. Caussa huius in mulieribus apparet, quibus mẽstrua fluunt, quia ipse fluxus seu humores, qui

mouen-

quisquis caueat ne coeat tũc cum eis, quia nocium est. Vnde prudentes mulieres sciunt tunc custodire se, & separantur à viris per tempus fluxus menstruorum.

Hic author exequitur de signis castitatis. Nota quod vrina virginum est clara, quia ipsę sunt calidæ & bene digerunt, & ideo vrina pertransiens per loca digestionis sumit ibi colorem, vnde coloratur in renib. Sed debet capi vrina post somnum primum, quia tunc facta est digestio, & debet videre, quod vrina per accidēs sit variata, scilicet morbo & nutrimento grosso. Nota, quod in vrina sunt tres regiones, scilicet superior, vbi considerantur membra superiora, scilicet cerebrum, caput. Secundò in medio, vbi considerantur membra media, scilicet renes & cor. Sed tertiò est inferior, vbi considerantur testiculi, umbi, & matrix. Ideò dicit litera,

primitur, lachrimatur, & ideo mulieres multum lachrimantur, quia habent multum de humido, quod petit exitum Et quãdo oculus est infectus, tunc inficit aerem tangentẽ oculum, & ille vltra inficit aerem propinquũ, ille aer iterum alium aerem, donec peruenit ad obiectum, & ibi fit reuerberatio mali humoris, & ibi primò operatur, quia omnis actus fit cũ resistentia aliqua, quia illa infectio fit circulariter, quia si tunc non solùm mulier inficeretur secundùm vnam differentiam loci passionis, & non secundùm omnem. Nam pueri sunt debiles & teneræ naturæ, ideo façilè intoxicantur. Toxicum est venenũ, quod fit de taxo, de tali arbore amariſſima, ex cuius succo gustato aues moriuntur. Nota, quod oculus mulieris vaticinantis, ita quod illa pessima mulier tantũ cogitauit de malis,

quod

mouentur per totum corpus, primò inficiunt oculos, & oculis infectis aer inficitur, & tunc aer ille inficit puerum. Et illud est de intentione Philosophi in libro de somno & vigilia. Caussa autem quare antiquæ mulieres, quibus non fluunt menstrua, inficiũt pueros, est, quod retentio menstruorum facit abundantiam malorum humorum, & quia antiquæ mulieres sunt deficientes in calore naturali, maturante & digerente talem materiam, & præcipuè pauperes, sic quod nutriuntur à cibo & nutrimento grosso; quod operatur ad talem materiam infectam. Et illæ mulieres plus inficiuntur, quia menstruũm hoc cedit ad purgationem naturæ ipsarum.

Hîc author ponit quoddam notabile, & patet manifestè in textu. Nota, quod humores mali exeunt per oculos potius, quàm per aliud membrum, quia oculus est aqueus ex secundo de Anima: quod patet, si com-

DE DEFECTV MATRICIS. Cap. XI.

AT quia dictum est de menstruo, igitur ad menstruorum locum procedamus, quod accidentia sunt circa ipsam matricem. Matrix enim mulieris sæpè patitur suffocationem. Suffocatio enim apud Medicos vocatur compressio spiritu vitalium, ex vitio matricis egressa. Et per hoc impeditur anhelitus in muliere. Et illud euenit quando matrix de proprio loco tollitur, tunc ex frigiditate cordis superueniente, tales mulieres quandoq; patiuntur syncopen, id est cordis debilitatē. Aliquando verò aliquæ vertiginem in capite patiuntur. Galenus enim magnus in medicina, narrat de quadam muliere, suffocationem matricis patiente, quod illa caussa patiebatur tantum, quod non potuit loqui, & cecidit ac si mortua esset, quia nullum signum vitæ habuit, & vocati

sunt

quod quidam humores mali generabantur in ſpiritibus eius, & illi exiuerunt per oculum, & illos volens camelus effugere, cecidit in foueam. Et illo modo baſiliſcus inficit videntem ipſum, quia venenum emittit. Et ſi poneretur ſpeculum, ad quod reuerberarentur humores, ad locum baſiliſci, tunc moreretur, vel inficeretur. Nota, quod aliquis quæreret, ſi mulieres ſunt venenoſæ, quare non intoxicant ſeipſas: Dicendum quod venenum nō agit in ſe, ſed in aliud cui obijcitur. Cùm ergo mulieres naturaliter ſunt intoxicatæ, ergo non intoxicant ſeipſas. Alia cauſſa eſt, quia ſunt conſuetæ. Vnde Auerro. in prologo tertij Phyſicorum: Quædam erant conſuetæ comedere venenum, ita quod erat eorum cibus.

diligunt, quamuis sit peccatum in moribus, de quo nihil ad propositum. Audiui in confessione societatis ab vno inquirere causam à me quare esset, quando ipse dormiret cũ sua dilecta iuuencula, quod tũc coitu finito, inuenerit ventrem suum vsq; ad vmbilicum sanguine profusum, & timuit multum et causam ignorauit, et nõ fuit ausus se retrahere à iuuencula propter amorem magnum inter eos Et ideo quandoq; fluxus mẽstrui prodest mulieri, & quandoque nocet, secundùm quod materia maius vel minus abundat. Et ille fluxus nõ fuit mẽstruorum, sed seminis in coitu propter abundantiam materiæ.

Hic author exequitur de impedimentis conceptionis. Nota, quod suffocatio matricis prouenit ex eo, quod matrix tollitur aduersus cor, & tunc magna frigiditas se extendit ad cor, sic quod cor patitur syncopin. Et dicitur à syn, quod est con, & copos inci-

sunt medici plures, qui videntes ipsam, & causſam ignorantes, dixerunt eam veraciter esse mortuam. Galenus autem superueniens causſam considerauit, & mulierem à paßione illa liberauit. Hæc enim ægritudo contingit in mulieribus ex eo, quod abũdat in eis menstruum corruptum & venenosum. Et ideo bonum est, quod tales mulieres, quæcunq; fuerint, siue iuuenes, siue antiquæ, sæpè viris vtantur, vt materia talis expellatur. Et expedit iuuenibus, quia in eis abundat humidum. Et hæc est causſa, quare iuuenes mulieres, quando incipiunt coire, multùm impinguantur, antequam concipiant, et curam de pueris minimè habent, quia cura (vt dicit Philosophus in secretis secretorum) facit senescere, quod non videtur in illis. Illæ enim iuuenes mulieres, quando multum abundant in tali materia. multum appetunt coitum, propter materiæ abundantiam. Ideo peccatum est in natura illas retrahere, et coitum prohibere ad illum quem

git, & non permittit semen viri intrare. Vnde cognitio huius est de muliere, cuius renes sunt sepulti & occulti in pinguedine ex omni parte. Illæ enim mulieres si in coitu semen recipiunt, non potest intrare matricem, & sic eijciunt ipsum cum eiectione vrinæ. Et ideo breuiter, si post coitum vrina talis mulieris videatur, manifestum erit si semen viri in matrice eius sit collectũ, vel non. Si sic, tunc vrina eius est immunda, propter commixtionem viri. Si verò tunc iterum apparebit, & quandoque apparebit, quòd vrina non totaliter eiecit illud semen, quia sunt calidæ, tunc sua caliditate exhalant. Sunt etiam quædam mulieres, quæ ita teneras & lubricas habent matrices, quod semen intus non potest retineri. Ex multis alijs causßis illud euenit, de quibus ad præsens nulla fit mentio.

Hic author ponit quædam notabilia, vt patet in textu. Nota, quod si semen viri & mulieris non sunt proportio-

fio, quasi cum incisione siue debilita te cordis, & alio nomine dicitur extasis, & illa passio maximè accidit viduis, quæ prius habuerunt viros, & iã nõ habẽt, vnde mẽstrua earũ corrum puntur in matrice, & generãtur grossi humores, qui in corde debilitates generant, & ideo ipsis multum valet coitus.

DE IMPEDIMENTIS conceptionis. Cap. XII.

DE impedimentis autem conceptionis nunc aliqua tãgamus, quæ plura sunt, quia impedimentum quandoq; contingit ex nimia humiditate matricis, quandoq; ex nimia frigiditate, quandoque ex siccitate, quandoq; propter nimiã pinguedinem corporis, quia pinguedo circumuoluta orificio matricis ipsam constrin-

& ponatur in vtraque furfur tritici, & talis experimentator diligenter obstruat ollas per nouem dies, vel parũ amplius, & si contingit ex vitio viri, defectus, inueniet quosdã vermes in olla viri, & cacabus debet supraponi, & inuenitur rana fœtida, vel cantabra fœtida Si verò ex vitio mulieris, inuenitur in olla sua menstruum. Si ex vtriusq; vitio, in vtraque olla aliquid prædictorum inuenitur.

Hic author ponit vnum notabile, vt patet in textu. Nota, si vis bene examinare, accipias aliquid de sperma te viri, & ponas in aquam, si tẽdit ad fundum, signum est quod semen viri non est in defectu cõceptionis. Quia est bene digestum & spissum, ideo petit fundum. Nota, quod mulieres, quæ sæpe coeunt propter delectationem, illæ generant fœtus debiles, debẽt ergo abstinere à coitu, tunc generabũt fortes pueros & homines, quia

semen

portionata in qualitatibus, id est, in calido & humido, tunc talis concep tio impedit principaliter, quia agens & patiens debent esse proportionata, ex 2. de Anima, sub certa harmonia, id est, sub certa & determinata combinatione, vnde quodlibet non agit in quodlibet, vel quodlibet non fit ex quolibet, 1. de generatione.

EST etiam notandum, quòd sæpè conceptio ex parte viri impeditur, ita quod semen eius quod emittit, est nimis tenue, sicut aqua, ita quod si matrici infunditur, tunc liquiditate sua elabitur, & quandoq; accidit ex frigiditate testiculorũ vel siccitate, & illud semen secundùm doctrinam medicinæ ad generationem est cõueniens. Sed dubium est cuius sit caussa, an ex defectu viri, vel mulieris. Iuxta quod notandũ, quòd isto modo scitur, accipiantur duæ ollæ, & in vtranque vrina mittatur. Viri in vnam ollam, & mulieris in aliam,

& po-

SI quis igitur velit mulierem iuuare, vt impregnetur, & masculum concipiat, accipiat matricem leporis, & intestina eiusdem, & faciat desiccari, & in puluerem redigat, & illud mulier bibat tẽperatum cum vino, & similiter faciat cum testiculo leporis, & hoc in fine menstruorũ, & cum viro suo coeat, & concipiet masculum Item accipiat mulier succinctam & stringat in lacte asinæ lanam caprinam, & liget super vmbilicum eius donec coeat cũ viro suo, & concipiet. Et hoc dico remotis interceßis causis vel impedimẽtis alijs, quibus per ignorantiam hominis effectus ille prohibetur Et si quærat aliquis, quæ sunt illa impedimenta? inspiciat diligenter omnia, quæ vsq; ad istum locum dicta sunt. Item accipiat aliquis hepar parui porci, & testiculos, & desiccet, & etiam redigat in puluerem, & det in potum masculo & mulieri, & masculus si prius impotens fuit ad generãdũ, generabit, & mulier, quæ nõ potuit cõcipere, tũc concipiet. Capi-

semẽ est satis forte, & vnus frater potest cõuenienter esse fortior alio. Vnde nota causſam experimenti, quia si semen viri est nimis tenuè, tunc citò conuertitur in vermes, & non habet virtutem resistentem actioni corporis cælestis. Vnde ista humiditas, quę in fundo non est defensa & bene indurata, citò alteratur. Nota, quod si mulier biberit saluiam coctã per tres dies, tũc non concipiet in vno anno, quia saluia est frigida. Item comedat apem, & nunquam cõcipiet. Et ergo ex illis concludo, quod mulieres sæpe coeunt, similiter viri, propter magnam delectationem, quã habent ad inuicẽ, quia vulua in se continet magnam dulcedinem viro, sed tamẽ de illis non multum dico ad præsens.

tempore accipiat, & concipiet. Item mulier debet vti calidis & bonis cibari js, & debet quodammodo inebriari, be ne fricari, & debet cauere ne crura ele- uata semen impediant, itaq; se debet ci to labori applicare ad retinendum, & statim postea dormitet, & sine dubio concipiet.

EST *etiam documentum obseruan- dum, scilicet quando aliquis sentit mulierem concepisse, non nominet in præsentia mulieris aliquid esse de varijs cibarijs, ad quod appetitus mulieris posset inclinari, nisi ei possit libitũ prosequi, quia si mulier tale postularet, sed nullo modo posset haberi, haberet occasionem abortien- di propter contrariam dispositionem appe- titus Fœtus enim sic conceptus, debilis red- ditur & extinguitur. Ideo consultum est, quando mulieres petunt carbones, vel ali- quid consimile, quod eis ministretur. Vidi enim de quidam muliere, quæ cùm impre gnata fuisset, petijt poma recentia, quæ cùm*

Capitulum aliud, quomodo mulier debet iuuari, vt concipiat, maximè vt concipiat masculū. Nota, quod matrix leporis & inteſtina ſi deſiccantur & pulueriz antur, fiunt multum calida. ſimiliter & hepar porci in ſe eſt calidum, & ſic generabunt calorem ſufficientem ad conceptionem. Nota, quod illud debet fieri in fine menſtruorum, quia tunc matrix eſt ſicca & quodammodo calidior per receſſum menſtruorum frigidorum. Item ſunt alia experimenta. Mulier accipiat camphoram herbam pulueriz atam, & bibat eam cum vino & concipiet. Item vrina viri bibita impedit conceptionem. Item ſi accipiat vuluam leporis, & pulueriz e t cum melle liquido, & accipiat cor tauri, & illa pariter accipiant ebullitionem, & ſic mulier accipiat in vna ſeptimana, ita quod vno tempore plus, quàm al o

nes impregnatas, bonum est quod mulier in custodia habeatur, & modicè moueatur, & vt ei cibaria mollia & leuia ministrentur, & omnia iuxta appetitum prosequantur.

In toto hoc textu recitato ponit author duo documenta, & satis manifestè patent in textu.

SED antequam nostrum sermonem ad alia conuertamus, notandum est vnum notabile signum, quod fit ad cognitionē masculi in vtero matris existentis, & est illud. Accipiat aquam mundam de fonte claro & puro, & procuret sibi vnam guttam sanguinis, vel lactis de dextro latere mulieris, & infundat guttam illam aquæ. Si tunc gutta petit fundum, signum est masculi, si verò supernatauerit, signum est fœmellæ. Item si dextra mamilla fuerit maior sinistra, impregnata est masculo si verò sinistra maior fuerit fœminam portat.

Hic author ponit secundum documen-

habere non potuit, cecidit in lectũ, & infrà diem & noctem nihil gustauit, nec panem, nec potum, & fuerunt circa eam iuuenes mulieres & ancillæ, quæ prius non conceperant, quibus illa fuerunt occultata, & quando impregnata petijt poma recentia, & ancillæ astantes dixerunt non inueniuntur, loquentes inter se, quod venenosum est dare mulieri poma, quia viderant in febricitantibus consimile, & in parte illa deceptæ sunt: tunc autem illa impregnata, ex carentia pomorum multum debilitata, in tantum quod fœtus antequam ad debitum tempus peruenit, mortuus exiuit, in cuius egressu illa laborauit tribus diebus & noctibus, & ante egressum mulier emisit sanguinem per nares duabus diebus, & vna nocte, ille verò sanguis fuit menstruosus, & signum corruptionis fœtus fuit illud. Iuxta illud Hippocratis, menstruis fluentibus impossibile est fœtum esse sanum. Ideò vt omnia illa pericula euitentur apud om-

DE SPERMATIS NATURA & digestione, Caput vltimum.

PRiusquam verò finem dictis imponamus (vt nostra doctrina subtiliter & magis completè habeatur) cùm de materia menstruorum aliqualiter dictum est, transeundum est ad materiam spermatis in viro, sperma verò, vt suprà dictum est, nihil aliud est, quàm superfluum alimenti quod in substantiam rei alendæ non cedit. Iuxta quod notandum, quòd medici quatuor ponunt in homine digestiones. Et dicunt quod talis est modus nutritionis, quod primò cibus masticatus in ore dirigitur ab ore ad ipsum stomachum, & ibi fit digestio prima, & ibi separatur purum terrestre ab impuro terrestri, & illud impurum dirigitur ad viscera, & vlterius emittitur per secessum. Sed purum hoc vlterius dirigitur ad epar, & ibi fit secunda digestio.

cumentum. Et nota, quod quando mulier concepit, tunc debilitatur & variatur gratia fœtus concepti in ipsa, & ideò quicquid cupit, sibi detur, & si nõ, tunc euenit dolor eò, quòd appetitus non procedit, quia voluntas delectatur in prosequendo quod diligit. Vnde nihil appetit, nisi fuerit animatum ex tertio de Anima. Et per Commen. 3. Ethic. patet, quia voluntas est appetitus intellectus, & semper est boni simpliciter vel apparet. Vnde omnia bona appetunt, vt patet per definitionem boni, quam dat Arist. in principio 1. Ethicor. & dicens: Bonum est, quod omnia appetunt. Nota, quod post conceptionem quando menstruum fluit, hoc est, signum destructionis fœtus, quia fœtus debet nutriri de menstruo fluente, sed, si modicum fluit, hoc fit ad purgationem naturę, ne fœtus suffocetur, hoc est, commodum.

sufficiens est panis, & consimilia. Secundò porus recipiens illam quartam digestionem. Tertiò naturà distribuens. Quartò calor naturalis conuertens alimentum in alitum.

Hic author exequitur ex vltimo motiuo libri, & ostendit modum generationis spermatis. Nota, quòd homo est optimæ digestionis & subtilioris, quia est magni caloris, & propter multos labores digerit & consumit humidum, quia calor agit in humidum sicut in subiectum, & calor facit exhalare humidum radicale, ideo oportet esse restauramentum caloris, ne consumat humidum radicale, & sic mors sequeretur, quia consumpto humido radicali, in quo consistit vita, nullæ prosunt medicinę, sed tamen notandum, quod vnum indiuiduum per aliquam medicinam potest viuere per annum vel amplius sine nutri-

mento,

digestio. Et tunc iterum ibi separatur purum aquaticum ab impuro aquatico. Impurum aquaticum dirigitur ad vesicam, & vlterius per mictum emittitur, sed purum dirigitur ad cor, & fit ibi tertia digestio, & separatur purum ab impuro. Impurum dirigitur ad vasa seminalia, & ex illo fit sperma in viro, & in muliere menstruum, sed purum est sanguis, & illud dirigitur à corde per magnas venas, quæ dicuntur capillares per quas venas dirigitur sanguis ad singula membra, & in illis membris fit vltima digestio, & iterum separatur purum ab impuro, & impurum emittitur per sudores & per vngues, & consimilia. Hoc autem purum conuertitur & congelatur in substantiam aliti, ita quod tales pori, qui sunt euacuati per calorem naturalem, ibi econuerso repleantur, & si plus venerit quàm est deperditum, tunc dicitur augmentatio, sed ad hoc requiruntur quatuor. Primò materia

gregare heterogenea. Secundum patet, quia si accipitur vna massa de auro & argento, & ponatur in ignem, calor facit fluere aurum ab argento, & è conuerso. Et sic locutus est Philosophus secundo de generatione. Vbi dicit, quod calor determinatus agit tanquam Organum, scilicet securis vel bipennis semper dissoluit coniuncta. Sed calor in eo quod naturalis calor habet in se virtutem formatiuam vniuscuiusq; rei vel naturæ, cuius calor dicitur esse naturalis, sic in eo est virtus cæli, vel virtus motorum cælestium, & vis seminis, complexionis vel formæ illius naturæ quam format. Sicut contingit videre in calore seminis plantæ, & animalis vbi est vis, quæ vocatur forma plantæ. Et eodem modo credo, quod sit in naturalibus, quantum calor naturalis habet dirigere humidum, vt proportionetur sibi subiectum secundùm exigentiam cuiuslibet speciei. Si ergo educit humidum ipsum con-

sumen-

mento, ſicut expertum eſt, ſed hoc nō poteſt fieri, niſi curſu communi. Nota, quod maſticatio eſt quædam contritio cibi facta per dentes, & ſic natura ordinauit in anteriori parte dentes acutos, vt bene diuidāt cibū, ſed in fine latos ordinauit, propter maſticationem.

Verſus:

Sunt homini dentes triginta duo comedentes.

SED de his, quæ dicta ſunt, conſurgit dubitatio quædam, vtrum calor agat in ipſum humidum conſumendo, ſicut operatio caloris in eo quod calor naturalis. Pro quo ſciendum, quod ſecundùm Ariſtotelem quarto Metheo cap. de opera. quòd triplex eſt operatio, quæ ex parte caloris accipitur in capite de operatione qualitatū actiuarum. Prima operatio caloris, in quantum calor, habet diſſoluere & exhalare & congregare homogenea, & diſ-

tute testiculorum illud etiam dealbatur & fermentatur, & ideò sperma viri est albi coloris propter vltimam decoctionem, quam habet ex parte testiculorum. Illud idem sperma amplius emissum à viro, nimium desiccat corpus, quia virtutem humectandi & calefaciendi habet. Calore autem extracto, & humido fit debilitatio vitæ, & per consequens mors. Et hæc est caussa, quare illi qui multum coeunt & frequenter, non sunt longæ vitæ, quia corpora à naturali humido exsiccantur, & desiccatio est caussa mortis. Caussa ergo sufficiente posita ponitur effectus eius. Et huic consonat quod Aristot. 1. de longitate & breuitate vitæ, quia sperma amplius emissum, desiccat corpus. Et subdit: Propter hoc enim mulus longioris vitæ est, quàm asinus vel equus, ex quo genitus est, vt fœmellæ masculi, si masculi coitiui sunt. Et subdit, quod propter has passiones masculi breuioris vitæ sunt fœmellis. Est enim ge-

nera.

ſumendo, non in quantum calor, ſed in quantum calor naturalis, qui in digeſtionẽ accipitur: quia in digeſtione accipitur illud humidum, vt illa digeſtio terminetur ad ſpeciem eius, cuius eſt humidum, ſicut ad ſpeciem partis plantæ, vel animalis vel hominis, & hoc nullo modo faceret in quantum eſt calor ſed potius prius reſolueret totum humidum, ita quod in ſi cum terminaretur. Illis viſis & intellectis, breuiter ad propoſitum redeamus & dicamus, quod ſperma nihil aliud eſt, quàm ſuperfluum alimenti, quod in ſubſtantiam rei alendæ non cedit. Et ſic ex his, quæ dicta ſunt, manifeſtè apparet, quæ ſit definitio ſpermatis ſecundum illa, quæ aliqualiter prius fuerunt ignota. Cùm ergo tantum digeritur in vtero, præcipuè iuxta tertiam digeſtionem, quia tunc non totum cedit ad deperditum, ſed per reſtaurationem mittitur, vel mutatur in cruorem ſanguinis ſubtilis, & ad vaſa ſeminalia, vbi vir-

tutis

lactis coagulati, & illud sperma album est, velut lac coagulatum forti coagulatione, habet tamen naturam confirmandæ influxibilitatis, non in partibus suis, sed de genitalibus vasis testiculorum. Aliter enim non expelleretur de vasis genitalibus in vuluam mulieris. Et de isto spermate generatur robustus & fortis fœtus. Est aliud semen tenue, et in suis partibus fluxibile, & illud nõ est bene decoctum, si illud expellatur, & in matricẽ recipiatur, fit ex eo fœtus tenuis & fragilis naturæ, & illud habet naturam lactis liquidi & tenuis. Contingit enim aliquando debilitatio naturæ apud fœtũ quod caput debilitatur, & hoc quando mulieres impregnatæ, alium puerum prius genitum, cum alio nutriunt. Caussa verò huius debilitationis est, quia ista materia de qua puer existens in vtero debet pasci & nutriri, cecidit in alimẽtum pueri prius geniti, quem lactat mater, & iste casus contingit hodierna die propter experientiam mulierum,

caussam

neraliter verum, quod masculi longioris vitæ sunt fœmellis, si coitiui non fuerint. Sic ergo ex intentione Philosophi patet, quod vita hominis consistit magis in calido & humido radicaliter, quàm alijs instrumentaliter & ministerialiter, & sic patet, quod coitus exsiccat. Etiam patet quòd posita caussa conseruante effectum, ponitur & ipse effectus. Si verò caussa destrueretur, et effectus destrueretur. Ergo à primo ad vltimum coitus qui amplius fit est caussa breuitatis vitæ, & cætera.

SEQVITVR DE MATERIA SPERMATIS PER VENERABILEM AVICENNAM CONSCRIPTUM.

CIrca materiam spermatis sunt quædam notanda adhuc, scilicet, quod sperma viri aliquando est durum & bene decoctum decoctione testiculorum, ita quod quælibet pars inest parti, in modum lactis

DE SECRET. MVL.
CONCLVSIO.

HIS visis finem dictis imponamus, & gratias Deo reddamus, qui nostrum in hoc opere, & in alijs illuminet intellectum. Et de omissis peto veniam & auxilium diuinæ gratiæ, à qua omnis sapientia orta est & vita æterna. Ad quam nos Deus omnipotens & gloriosus, cuncta gubernans atque regens perducat. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat, & in quo est summa securitas, tranquillitas, iucunditas, & sine fine æternitas sanctorum existat omnium per infinita seculorum secula. Amen.

FINIS.

LIBER

cauſſam illius defectus neſcientes ideo mulieres impregnatæ nunquam deberent lactare pueros poſt conceptionem vel impregnationem alterius pueri, vel fœtus propter cauſas ſuperius enumeratas.

Hic author ponit dubium, & ſatis patet in textu. Nota, quod calor in animali non facit digeſtionem, in quãtum calor, ſed in quantum eſt bene regulatum ab anima. Et ideo peccauerunt aliqui antiqui dicentes, quod in plantis eſſet nutritio, & in ſuperiori parte eſſet ab igne, & in inferiore eſſet à terra, hoc non valet, quia dicit Ariſtot. 2. de anima, quod ſi ſic eſſet, tunc mixtũ citò diſſolueretur. Quid enim continent elementa in mixto niſi animam? Vnde anima eſt principium omnis actionis, ſed calor ſiue ſpiritus ſunt inſtrumenta, quia ſunt in virtute animæ, & non in virtute ſuijpſius.

CON-

tionem potest euitari malum, & prosequi bonum. Concluditur etiam secundum, ex quo effectus laudatur propter finem. Atquo vituperatur etiam finis scientiæ aliquando non ordinatus ad bonum vel ad virtutem. Ex hoc sequitur, quod scientia vel operatio aliquando bona vel mala. Quia igitur magi calis, seu cognitio bona est, vt præsuppositũ est, & mala aliquantulum existit in specu- latione rationum, & in speculatione natura lium. secundum quod antiquis authoribus examinaui & percepi: imò & egomet Al- bertus. vt in plurib. veritatem inueni, & ve ritatem suppono, quo ab aliquo ex Chyran dis libro & libro Alchorat Primò narrabo de quibusdam herbis. Post de quibusdam la pidibus. Tertiò de quibusdam animalibus & de virtutibus eorundem.

Elitropia.
Vrtica.
Virga pastoris.
Chelidonia.
Lilium.
Visculus quercinus.
Centaurea.
Solsia.

Per

LIBER AGGREGATIONIS, SEV LIBER SECRETORVM *Alberti Magni de virtutib. Herbarum, Lapidum & Animalium quorundam.*

LIBER PRIMVS DE Virtutibus quarundam Herbarum.

SIcut vult Philosophus in plurib. locis: *Omnis scientia de genere bonorum est. Verumtamen enim operatis aliquando bona, aliquando mala, prout scientia mutatur ad bonum & ad malum finem, ad quem operatur. Ex quo concluduntur duo. Quorum primum & primum est, quod scientia magicalis non est mala. Namque per eius cogni-*

Roybra, à Græcis Olieribus, à Latinis vel Gallicis Vrtice nuncupatur. Hanc herbam tenens in manu cum mille folio, securus est ab omni metu & ab omni fantasmate. Et si id ponatur cum succo semperuiuæ, & vngatur manus, & residuum ponatur in aqua, & aquam intret vbi sunt pisces, ad manus eius congregabuntur, & etiam ad piscellum. Et si extrabatur, statim resiliunt ad loca propria vbi erant prius.

Tertia herba à Chaldæis Lorumborot dicitur, à Græcis Allomot, à Latinis virga pastoris. Herbam hanc accipe, & cum succo mandragoræ distempera, & da cani vel alteri animali, & impregnabitur in suo genere, & habebit fœtum in suo genere. De quo fœtu si accipiatur dens maxillaris, & intingatur in cibo vel in potu, omnes qui depotabunt, mox incipient bellum, & cùm volueris delere, da ei succum [a]mantilem, id est, valeriæ, & fiet statim Pax inter eos.

Quar-

Peruinca. Nepta verbena.
Lingua canis. Melisophylos.
Iusquiamus. Rosa Serpentina.

Prima herba apud Chaldæos vocatur Ireos: apud Græcos Mutuchiol: apud Latinos Elitropia. Cuius interpretatio dicitur ab Elios, quod est sol, et tropos, cõuersio, quia conuersa est ad solem. Huius autem virtus mirabilis est, quia si ista colligatur sole existente in Leone, in Augusto, & inuoluatur in lauri folio, & simul addatur dens lupi & feratur: nullus contra ferentem poterit habere vocem loquendi nisi verba pacifica. Et si enim aliquid furetur, & in nocte sub capite suo ponat, videbit furem & omnes eius conditiones. Et iterum: si prædicta ponatur in aliquo templo, vbi sunt mulieres, quarum connubium parte sui frangatur, nunquam poterunt exire de templo, nisi deponatur. Et hoc vltimum probatum est, & verissimum.

Secunda herba vocatur à Chaldæis

ctio ponatur in igne, statim conuertetur in liuidum colorem.

Sexta herba à Chaldæis vocatur Bieith, à Græcis Retus, à Latinis Nepta. Hanc herbam accipe, & misce cum lapide inuento in nido vpupæ auis, & frices ventrem alicuius animalis, & impregnabitur, & habebit fœtū in suo genere nigerrimum. Et si eis ponatur ad nares, statim à terra cadent velut mortua. Post modicum verò spacium curabuntur: & si prædictum compositum in vase apum ponatur, nunquam fugient, sed ibi congregabuntur apes. Et si apes submergantur, & quasi moriantur, & in confectione prædicta ponantur post modicum temporis, & per spacium vnius horæ recuperabunt vitam. Nam & illud proportionatur qualitati deperditæ: & signum ad hoc est, quod si muscæ submersæ in cinerib. tepidis ponantur, post modicum spacium vitam recuperabunt.

Septima herba à Chaldæis Algeil, à Græ-

Quarta herba à Chaldæis Aquilaris dicitur, quia nascitur tempore quo Aquilæ faciunt nidos suos, à Græcis dicitur Valis, à Latinis Chelidonia. Ista herba tempore quo hirundines faciunt nidos, nascitur, quo etiã Aquilæ. Hanc herbam si quis cum corde talpæ habuerit, deuincet omnes hostes, omnes caussas, & omnes lites remouebit. Et si prædicta ponatur super caput infirmi, si debet mori, statim cantabit alta voce. Si non, lachrymabit.

Quinta herba à Chaldæis Iterisi dicitur, à Græcis Vurax, à Latinis Prouentalis vel prouinsa. Illa enim puluerizata cum vermibus terræ circumuolutis, & cum semper uiua amorem inducit inter virum & vxorem, si vtatur illo in cibarijs. Et si compositio istorum cum aliquantulo sulphuris ponatur in stagno vbi sunt pisces, omnes morientur. Es si ad os bubali ponatur, statim crepabit per medium, & hoc experimentum est à modernis. Si iterum dicta confe-

congregabuntur ibidem donec remotum fuerit.

Nona herba, à Chaldæis Augo, à Græcis Amola, à Latinis Lilium. Si hanc herbam sole existente in Leonis signo coleris, & cum lauri succo commiscueris. Deinde sub fimo tempore aliquo succum illum posueris, fient vermes. De quibus si fiat pulvis, & ponatur circa collum alicuius, vel in vestimentis suis, nunquam dormiet, vel dormire poterit quousq; depositum fuerit. Et si prædictum sub fimo posueris, & de vermibus inde nascentibus aliquem vnxeris, statim inducetur ad febrim. Et si prædictū ponatur in vase aliquo, vbi sit lac vaccæ, & cooperiatur de pelle alicuius vaccæ vnius coloris, omnes vaccæ amittent lac suum, & hoc maximè expertum est tempore nostro à quibusdam sortilatoribus.

Decima herba à Chaldæis dicitur Luperax, à Græcis Esifena, à Latinis Viscus querci, & crescit in arboribus transferata arbore.

Græcis Orum, à Latinis lingua canis nuncupatur. Herbam hanc cum corde raniculæ, & eius matrice, pone vbi vis, & post modicum temporis congregabuntur omnes canes villæ. Et si prædictam sub pollice pedis habueris, omnes canes obmutescunt, nec poterunt latrare: & si prædictam in collo alicuius canis posueris, ita quod non possit ore attingere, semper vergit in circuitu ad modum volubilis rotæ, donec cadit in terram velut mortuus, & hoc est expertum nostro tempore.

Octaua herba, à Chaldæis Mansesa, à Græcis ventosin, à Latinis vel Gallicis Iusquiamus dicitur. Hanc herbam accipe & misce cum Realgalis & Hermodactilis, & pone in cibo canis rabidi, & statim peribit: & si succum eius cum supradictis posueris in scipho argenteo, minutissimè frangetur, & si supradictum cum sanguine leporis iuuenis commiscueris, & in pelle leporis conserues, omnes lepores

plasma ponatur ad nares alicuius, præ timore quem habebit, fugiet vehementer, & hoc expertum est.

Duodecima herba à Chaldæis Colerio vel Colericum, à Græcis Clamor, à Latinis Saluia, cõmuniter est nuncupata. Hæc autẽ herba putrefacta sub fimo, in vase vitreo, procreat quendam vermẽ vel auem, habentem caudam in modum mærulæ, de cuius sanguine si tangatur aliquis in pectore, amittet sensum per quindenam & plus. Et si prædictus serpens comburatur, & ponatur cinis in igne, statim fiet ysiris tonitrui horribilis. Et si prædictus puluis ponatur in lampade & accendatur, videbitur quòd tota domus serpentib. repleatur. Ex hoc expertum à Modernis.

Decimatertia herba à Chaldæis Olphanas, à Græcis Hiliorion, à Latinis Verbena dicitur. Hæc autem herba, vt referunt Magi, collecta sole existente in signo Arietis, & coniecta cum grano Peome v-

vnius

re. Hæc herba cū quadam alia herba, quæ dicitur Martegon, id est, syluium, vt scribitur lingua Theutonica, omnes seras aperit: & si prædictum compositum in ore alicuius ponatur, & cogitetur de aliquo, si debet accidere, corde infigitur, si aūt non, corde resilit. Sed si prædictū ad arborem suspēdatur cum ala hirundinis, ibi congregabūtur aues bene per quinq; milliaria, & hoc vltimum tempore meo est expertum.

Vndecima herba à Chaldæis Isiphilon dicitur, Græcis Orlegenea, Latinis Centaurea vocatur. Hanc autem herbam dicunt Magi habere mirabilem virtutem. Si enim adiungatur cum sanguine vpupæ fœmellæ, & ponatur cum oleo in lucerna, omnes circundantes credent se esse magos, ita, quod vnus altero credet, suum caput esse in terra, & pedes in cælo. & si prædictum ponatur in igne stellis lucentibus, videbitur quod stellæ currant ad inuicem & debellent: & si iterum prædictum cata-

de eo sub ascellis posueris statim cingens crepabit per medium.

Quinta decima herba à Chaldæis Eglerisa, Græcis Ysaphinus, à Latinis Rosa dicitur, & est herba cuius flos est notissimus. Accipe granum eius & granum sinapi, & pedem mustelæ, hæc suspende in arbore, & de cætero non fructificabit. Et si prædicta ponatur circa rete, congregabuntur ibi pisces. Et si magaris mortuum fuerit, & in commixtione prædicta ponatur per dimidium diem, licet tamen non acquiritur, recuperabit vitam Et si puluis prædictus ponatur in lampade, postea accendatur, omnes videbuntur nigri ad modum nigri Sathanæ: & puluis prædictus admisceatur cũ oleo oliuæ & cum sulphure viuo, & de hoc vngatur domus sole lucente, ipsa tota videbitur in flamma.

Sextadecima herba à Chaldæis Cartulin, à Græcis quinque folium, à Latinis serpentina vocatur. Hæc herba apud nos satis

est

nius anni caducos à malo morbo curat. Et si ponatur in terra pingui, post octo septimanas generabuntur vermes, qui si aliquem te tigerint, statim morietur. Et si prædictum ponatur in columbario, omnes columbæ congregabuntur ibi. Et si puluis illorum in sole ponatur, videbitur quod sol sit luidus. Si autem puluis ponatur in loco vbi homines habitant, vel iacent, inter duos amãtes, statim fit lis vel malitia inter eos.

Quartadecima herba à Chaldæis Celeyos dicitur, à Græcis Cosini, à Latinis Melysophylos, de qua Macer facit mentionem. Hæc autem herba collecta viridis, & coniecta cum succo cypressi vnius anni posita in pulmento, facit pulmentum videri plenum vermibus, & deferentem facit esse benignum, & gratiosum, & aduersarios deuincere. Et si prædicta herba ligetur collo bouis, sequetur te quocunq; ieris, & si prædicto succo corrigiam miscueris, & de tertia parte sudoris hominis rufi, &

de eo

runt in linteo mundo, & liberantur, nec dæmonem in domo patitur esse, & si ibidē fuerint producentes dentes pueri & eā ferent, sine dolore eos producant, & est bonum, vt deferat secum de nocte radicem, *quia non timebit, neq; lædetur ab alijs.

Herba secunda Solis dicitur Poligonia vel corrigiola Hæc enim herba nomen suscepit à Sole, nam est multum generans. Sic enim & hæc herba est multos faciens modos. Hanc quidem herbam alij appellauerunt Alchone, quæ est domus solis Hæc enim herba sanat passiones cordis, & stomachi. Qui attingit hanc herbam habet virtutem à signo suo vel planeta. Si quis autem succum bibit, facit eum multum coire Et si quis deferat radicem eius, curat passiones oculorum. Et si antequam aliquā habuerit passionem portauerit secū, non superueniet ei passio oculorum. Iuuat etiā phreneticos, si eam secum deferunt in locis, id est, pectore. Iuuat etiā periplomoticos, & facit eis

bonum

est nota. Hæc autem herba cum folio trifolij inhumata, generat serpentes rubeos & virides, de quibus si fiat puluis, & ponatur in lampade ardente, videbitur ibi copia serpentum; & si sub capite alicuius ponatur, de cætero non somniabitur sibi. Modus autem operandi omnium prædictorum est, vt effectus bonus sit in planeta bono, & malus in malo, id est, in horis & diebus eorum.

VIrtutes herbarum septem secũdùm Alexandrum Imperatorem, & has quidem virtutes habuerunt ipsæ ab influentia planetarum. Contingit autem vnamquamque percipere virtutem suam à superioribus naturalibus.

Prima autem herba Saturnî, quæ asphodilus dicitur, Succus eius valet ad dolorem renum & tibiarum. Et datur patientibus dolorem vesicæ, radix eius cocta parum. Et dæmoniaci vel melancholici ipsam defe-

runt

testiculorum, & vlcera putrida & sordida, quia domus est Scorpio: quia pars eius retinet sperma, id est, semen quod venit contra testiculos. Valet etiam succus eius dysentericis & hemoptoicis, & ad vitia hemorroidarum & stomachis dum quis eum biberit.

Herba quinta Mercurij dicitur Pentaphilon, à quibusdam Pentadactylus, ab alijs sæpe declinant, à quibusdam Calipendalo. Radix huius herbæ sanat plagas & duriciem, trita & emplastrata. Amplius scrophulas diluit velociter, si succus eius bibatur cum aqua. Sanat etiam farigos & passiones pectoris seu dolores, si succus eius bibatur. Soluit etiam dentium dolores, & si succus eius ore teneatur, omnes oris curat passiones. Et si quis succum deferat, opem dat & auxilium. Amplius si quis vult à rege vel à principe petere aliquid, copiam dat eloquentiæ, id est, si secum eam habeat, & obtinebit quod voluerit, videlicet

bonum anhelitum, & facit etiam ad fluxū sanguinis melancholici.

Herba tertia Lunæ Chynostates dicitur. Succus eius purgat exacerbationes stomachi, thoracis & castorem, quia ostendit se esse herbam Lunæ. Flos autem huius herbæ purgat splenes magnos & curat ipsos, quia ista crescit & decrescit sicut Luna. Valet ad ophthalmiam, & facit acutum visum, & valet contra sanguinem oculorum Si radicem eius tritam ponas super oculum, mirabiliter visum clarificat, quia lumen oculorum propinquatum mysticum substantiæ Lunæ. Etiam confert malum stomachum habentibus, qui non possunt cibum digerere, bibendo succum eius: amplius valet habentibus scrophulas.

Herba quarta arnoglossa dicitur. Radix huius herbæ valet contra dolorem capitis mirificè, quoniam opinatur esse domus Martis aries, quæ est caput totius mundi. Valet etiam contra malas consuetudines

testicu-

ius herbæ posita super collũ sanat scrophulas & parotidas & bubones colli & staphilion, id est, vrinæ distillationem, & ysmõ, si ponatur emplastrum, & est compara um passionibus istius loci, sanat etiam scissuras & condilomata, id est, duricies, quæ nascũtur in ana & emorroidas. Si succus eius cũ melle in aqua cocta bibatur, subtiliat ea, quæ sunt in pulmone. Et facit bonum anhelitum, nam detinet pulmonem.

Valet etiam multum in affrodisia, id est, coitu, quia succus eius auget multum sperma, cùm quis vult coire, addit ad desiderium eius, & maior virtus ipsius herbæ est, quia si quis eam portauerit, est multum potens in coitu. Veruntamen non teneat aliquid aliud, nisi istam herbam tantùm. Si quis ponat eam in domo vel vinea vel in terris, abundanter habebit redditus, amplius radix ipsius valet omnibus illis, qui volunt plantare vineas vel arbores, & infantes portantes ipsum erunt bene disciplinati:

licet etiam in lithiasi & disuriasi succus eius habitus.

Herba sexta Iouis dicitur Acharon, à quibusdam Iusquiamus. Radix eius posita super bubones, eos dispergit, & cõseruat locum à flegmone. Si quis eam portauerit antequam ei passio superueniat, nunquam bubonem habebit. Cõfert etiam radix eius podagræ, dum ponitur trita super locum patientis, & hæc quidem operatur virtute signorum habentium pedes, vel habentium aspectũ super pedes: & succus eius si bibatur cum melle vel mellicrato, confert doloribus epatis, & omnibus eius passionibus, quoniam Iupiter tenet epar. Similiter confert volẽtibus multum coire. Et est vtilis, vt eam deferant secum volentes diligi à mulieribus. Facit enim deferentes lætos & delectabiles.

Septima herba Veneris dicitur Pisteriona, quibusdã Hyerobotani dicitur, id est, herba columbaria & verbena. Radix hu-

SECVNDVS LIBER ALBERTI MAGNI, ET EST DE Virtutibus lapidum quorundam.

CVM iam dictum sit de virtutibus herbarum quarundam, & de modo agendi, nunc in præsenti capitulo dicendum est de Lapidibus quibusdam, & eorum effectibus, & qualiter possunt accipi magna mirabilia opera.

Magnes	Corallus	Lipercolì
Ophthalmius	Cristallus	Vrices
Onyx	Chrysolitus	Lazuli
Veripendamus	Elotropia	Smaragdus
Silonites	Epistrites	Iris
Topasion	Calcedonus	Balesia
Medor	Chelidonius	Galeriates
Mephytes	Gagates	Draconites
Abaston	Bena	Echites.

Ada

plinati & amantes doctrinam, & eruxt læti & gaudioſi. Confert etiam poſita in purgationibus, & repellit dæmones omnes.

Prædictas tamen herbas, à 23 die Lunæ vſque ad 30. incipiendo collectionem ipſam leuare à Mercurio per totam horam dierum euellendo fac mentionem paßionis, vt rei ſcilicet nomina paßionem vel rem propter quam ipſam colligis, & ipſam accipe herbam Loca tamen ipſam ſuper frumentum, vel hordeum, & ea vtere ad opus tuum poſteà.

Explicit liber primus.

citur Ophthalmius, & inuolue in folio lauri. Et dicitur lapis Ophthalmius, cuius color non nominatur, nam multorum colorum: & est hic talis virtutis, quod visus circumstantiũ excæcat vel abortat. Cõstantius aũt pugno clauso reddebatur per eũ inuisibilis.

Si vis incitare tristitias, timores & fantasias terribiles atq; lites, accipe lapidem, qui vocatur Onyx, qui est nigri coloris, & inuenitur melius genus eis repletum his venis, & veniet de India in Arabiam: & si collo vel digito suspendatur, excitat statim tristitias in homine & terrores: & etiam in somno excitat phantasias terribiles, & etiam lites, & hoc apud Modernos est expertum.

Si vis comburere manus alicuius sine igne adhuc & fugare areticam, accipe lapidem, qui vocatur Feripendamus, qui est flaui coloris, qui si suspendatur collo alicuius, curat areticam: & iterum si iste lapis fortius stringatur, statim adurit manum, ideò

Adamas	Isthmios	Terpistretes
Agathes	Cabices	Iacinthus
Alectorius	Chrysolitus	Orires
Esmundus	Beratiden	Sapphyrus
Amethistus	Nicomai	Saunus
Berillus	Quiriti	
Celonites	Rodianus.	

SI vis scire vtrum mulier tua sit casta, accipe lapidem, qui Magnes vocatur. Est autem ferruginei coloris, & innenitur in mari Indico, & aliquando in partibus Theutoniæ, in illa prouincia, quæ Frãcia Orientalis vocatur. Suppone ergo lapidem hunc capiti mulieris, & si casta est, ipsa maritum amplexabitur, si autem non, statim cadet à lecto. Ad hoc autem, si lapis iste ponatur super carbones in quatuor angulis domus, dico tritus & super carbones sparsus dormientes fugient ædes & relinquent totam, & tunc possunt fures respicere totum quod volunt.

Si vis fieri inuisibilis, accipe lapidẽ qui di-

Si vis, vt aqua bulliens statim exeat manu emissa, accipe lapidem qui Topasion vocatur, à Topasi insula, vel quia auri similitudinem protendit, & sunt duæ species. Vna est omnino similis auro, & precioſior est. Alia ſpecies est crocea magis tensibilis coloris quàm sit aurum, & hæc est vilior. Expertum autem est in nostro tẽpore, quæ si in aqua bulliente mittatur, defluere facit, quod statim manu immissa extrahitur, & hoc fecit vnus de fratribus nostris Parisijs. Valet etiam contra emotoicam & stimaticam vel lunaticam passionem.

Si vis excoriare cutem manuum tuarum vel alterius, accipe lapidem, qui vocatur Medor, à Medorum regione, & sunt duæ species, niger & viridis. Dicitur ab antiquis Philosophis & Modernis, quòd si lapis, qui niger est, frangatur, & in aqua calida resolutus fuerit, & aliquis manus suas lauârit, statim excoriabuntur: & si quis ex ea biberit, perit vomendo statim omni

ideò leuiter & suauiter vult palpari.

Si vis accendere animum alicuius ad gaudia, & eius ingenium acuere, accipe lapidem qui Sylonites vocatur, & nascitur in gremio testudinis Indici: & esse varium dicitur albo, rubeo, purpureoque colore. Alij dicunt hunc esse viridem, & in Persiæ partibus inueniri. Et dicunt etiam hunc crescentem luna crescente, & conuerso. Et addunt Philosophi antiqui, quod si gustetur, confert præsentiam quorundam futurorum. Si sub lingua ponatur præcipuè prima Luna vna hora tantùm habet virtutem. Ideo autem Luna existente decima hanc habet virtutem, in prima hora vel decima. Motus autem ordinis, quod cùm est sub lingua, si cogitetur de aliquo negotio, virum debeat fieri an non. Si fieri debet, cordi tenaciter infigitur, ita quod auelli non potest: si autem non, cor ab ipso resilit. Fecerunt etiam Philosophi quod curat Phthisicos & debiles.

Si vis deuincere hostes: Accipe lapidem qui nuncupatur Adamas, et est coloris fulgentis durissimus, ita quod non potest frangi nisi sanguine hirci, et nascitur in Arabia vel Cypro Et si sinistro latere alligetur, valet contra hostes et insaniam, et indomitas bestias, et venenosas, et feros homines, et contra iurgia et rixas, et contra venena et incursus fantasmatum, et quidam vocant eum Dyamantem.

Si vis cuncta pericula euitare, et vincere cuncta terrena, et habere vires cordis, accipe lapidem, qui Agates dicitur. Et est niger habens venas albas. Et aliud eiusdem speciei similis colori albo. Et tertium nascitur in certa insula habens venas nigras. Et id facit vincere pericula, et confert vires cordibus, et facit hominem potentem, placentem, iucundum, acceptabilem, et iuuat contra omnia aduersa.

Si vis impetrare aliquid ab aliquo, accipe lapidem, qui alectorius dicitur, et est

lapis

mni cura remota & auxilio. Dicunt etiam Philosophi quòd valet contra podagram & oculorum cæcitatem, & quod oculos læsos & debiles fouet.

Si vis vt aliquis non sentiat dolorem, nec crucietur, accipe lapidem, qui dicitur Mephytis à ciuitate, quæ dicitur Mephis: & hic est lapis talis virtutis, vt dicit Aaron & Hermes, quod si teratur & aqua misceatur, & detur potari illi, qui deberet vri vel aliquos cruciatus pati, tantam inducit ille potus insensibilitatem, quòd non sentiat patiens pœnam neq; cruciatum

Si vis ignem perpetuum inextinguibilem facere, accipe lapidem qui Abaston dicitur, & est coloris ferrei, & quamplurimum in Arabia reperitur. Si enim lapis ille accendatur, nunquam poterit extingui, eò quod habet naturam lanuginis, quæ pluma Salamandris vocatur, cum modico humidi vnctuosi pinguis, & inseparabilis est ab ipso, & id fouet ignem accensum in eo.

& sapientiam confert.

Si vis fugere illusiones, omnesque fantasias, & omnes causas vincere, accipe lapidem, qui Calcedonius dicitur, & est pallidus, fuscus, & aliquantulum obscurus. Si hic perforatur, & cum virtute lapidis, qui Sinerip dicitur, collo suspendatur, contra omnes fantasticas illusiones. Et facit vincere omnes causas contra aduersarios vtriusque corporis conseruat, & hoc vltimum expertum est moderno tempore.

Si vis acquirere bonum ingenium, docile, & semper manere sobrius, accipe lapidem, qui Amethistus dicitur, & est purpurei coloris, & melior nascitur in India, & valet contra ebrietatem, & bonum in scibilibus confert intellectum.

Si vis deuincere hostes, & fugere lites, accipe lapidem, qui vocatur Berillus, est pallidi coloris, lucis transparentis, vt lymphæ. Fer tecum, & vinces omnes lites, & hostes fugabis, reddetq; inimicum mitem.

lapis gallinacei vel galli, & est albus, vt Cristallus, & extrahitur de vētriculo galli vel gallinacei, postquam fuerit castratus vltrà annum quartum. Et vt quidam dicunt post annum extrahitur de gallo decrepito. Et ad quantitatē fabæ extat, ventrem gratum reddit & constantem: & sub lingua acceptum, sitim extinguit: & hoc vltimum tempore nostro expertum est, & subtiliter percepi

Si vis deuincere bestias, et omnia somnia interpretrari, et de futuris prophetizare, accipe lapidem, qui Esmundus dicitur, vel Asmadus, varij coloris est, omne venenum extinguit, et facit vincere aduersarios, et prophetizationem dat, interpretationem omnium somniorum, et ænigmata intelligere facit.

Si vis habere bonum intellectum sensibilis, et non posse fieri ebrius, accipe lapidem, qui vocatur Chrysolitus, et est lucidæ viriditatis, positus in auro, pellit stultitiam

et sapien-

Si vis accendere ignem, accipe Crystallum, & pone sub iuxta circulum solis, id est, contra solem, & appone iuxta aliquid combustile, & statim lucente sole calido, eliciet ignem, & si cum melle ponatur, lac dabit.

Si vis comparare prudentiam, & fugere stultitiam, accipe lapidem, qui vocatur Chrysolitus, & est lucidæ viriditatis, positus in auro pellit stultitiam, & sapientiã confert.

Si vis, vt sol appareat sanguineus, accipe lapidem, qui Elitropia dicitur, & est viridis, similis quasi Smaragdo, & est respersus sanguineis guttis Hanc Elitropiam appellant Nigromantici, proprio nomine gemma Babylonicum, quod si vngatur succo herbæ eiusdem nominis, & in vas plenum aqua mittatur, facit videri solem sanguineum, sicut si videretur eclipsis. Cuius caussa est, quòd totam aquam ebullire facit in nebulam, quæ inspissando aerem im-

tem. In moribus efficacem reddit potestatem, sicut dicit Aaron, etiam dat bonum intellectum in scibilibus.

Si vis diuinare de futuris, accipe lapidem, qui vocatur Celonytes, & est purpurei varijq; coloris, & inuenitur in corpore testudinis. Si quis autem hũc lapidẽ sub lingua gestauerit, diuinabit & prædicet futura Veruntamen non habet virtutẽ, nisi lucẽs prima cùm fuerit accensa, & crescens monoytes in vltima descendente. Sic vult Aaron de virtutibus lapidum & herbarũ.

Si vis pacificare tempestates, & flumina pertransire, accipe lapidem, qui vocatur Corallus, & est rubeus, aliuque albus. Et expertum est, quod statim restringit sanguinem, & portantis pellit stultitiam, & perhibet sapientiam, & hoc à quibusdam tempore nostro expertum est, & valet contra tempestates, & pericula fluuiorum.

gescet, & est lapis rutilans, & rubicundus.

Si vis esse gratus & placens, accipe lapidem, qui Chelidonius dicitur. Et est niger & rufus, & de ventre hirundinum extrahitur. Rufus inuolutus panno lineo vel corio vituli sub sinistra ascella portatus, valet contra insaniam, & antiquos morbos & languores, contra litargiricam passionem, & contra Epidiniam. Euax refert, quòd iste lapis hominem facit facundum & gratum, & placentem eum reddit. Niger autem valet contra feras & iras, & ad finem incepti perducit negotij. Et si inuoluitur in folijs chelidoniæ, dicitur obfuscare visum, & debet extrahi mense Augusto, & frequenter duo in vna hirundine inueniuntur lapides.

Si vis esse victorioſus contra aduersarios, accipe lapidem, qui dicitur Gagates & est diuersi coloris, & dicunt antiqui Philosophi fore experium in Alcide principe, qui quamdiu sum portauerit, semper habu-

rem impedit solem, inde nisi quia rubeum in spisso colore post modicum recedit illa nebula rorando, quasi per guttas pluuiæ. Oportet autem ad hoc, vt hoc fiat, quod sit quoddam carmen sacrum cum quibusdam characteribus, & sicut accepti principes, ſi diuinando quædam prædicāt, propter quod templorum pontifices isto lapide maximè vtebantur in festis idolorum. Etiam gestatum hoc reddit hominem bonæ famæ & incolumem, & longæ vitæ. Dicitur autem à Philosophis antiquis, quod vnctus herba sui nominis, vt prædiximus, pollet virtute, & inuenitur plurimum in Aethiopia, Cypro, & India.

Si vis refrigerare aquam bullientem, quæ stat super ignem, accipe lapidem, qui Epistretes dicitur, qui in aqua oppositus oculo, solis radios igneos emittit, & dicitur ab antiquis Philosophis & à Modernis, quod si ponatur in aqua bulliente, statim cessabit ebullitio: & post modicū refri

gescet

quentiam, gratiam præstat & honorem, & cùm hoc dicitur, quòd curat omnem hydropisim.

Si vis fugare fantasmata & stultitiam accipe lapidem, qui vocatur chrysolitus, & est idem in virtute cum aretico, vt dicit Aaron & Euax in libro de naturis herbarum & lapidum. In auro positus et gestatus fugat stultitiam & fantasmata expellit. Sapientiam conferre perhibetur, valet contra timorem.

Si vis iudicare opiniones & cogitationes aliorum, accipe lapidem, qui vocatur Gararides, & est nigri coloris, & teneatur in ore. Facit etiam gestantem hilarem & gratiosum apud omnes.

Si vis habere victoriam & amicitiam accipe lapidem, qui vocatur Nichomat, & est idem quod alabastrum, & est de genere marmorum, & est albus, nitens. Et de hoc fiunt vnguenta ad sepulchra mortuorum

babuit victoriam, & est lapis diuersi colo-
ris, sicut pellis capreolæ.

Si vis præscire futurum aliquod, acci-
pe lapidem, qui vocatur Bena, qui est sicut
lens à bestia, & pone sub lingua tua, & si-
ut Aaron & antiqui Philosophi dicunt,
quamdiu sic tenueris, semper diuinando
rædices futura, nec aliquo modo errabit
diuinando.

Si vis, vt fiat vestis incombustibilis, ac-
ipe lapidem, qui Histmos appellatur, qui,
t dicit Isidorus, similis est croco, & in
rtibus Hispaniæ inuenitur, & iste lapis
abilis est propter ventositatem in ipso rare-
ctam iuxta Gades Herculis, & si de eo fi-
vestis, nullo modo potest vri, sed de igne
tet. Et huius speciei dicunt quidam Car-
nculum albam.

Si vis gratiam habere & honorem, ac
pe lapidem, qui Fabrices vocatur, & est
milis Cristallo. De hoc referunt antiqui
hilosophi, vt Enax & Aaron, quod elo-

est ignis, & est vt ignis. Hunc lapidem si quis stringit fortiter, statim adurit manum elut comburatur igne materiali, quod est mirabile.

Si vis curare melancholiam vel quartanam in aliquo, accipe lapidem, qui dicitur lapis Lazuli, similatur enim colori cælesti, & sunt intus corpuscula aurea, & est certum et expertum quod curat melancholiam & quartanam

Si vis acuere alicuius ingenium, vel opes augere suas, & etiam futura prædicere, accipe lapidem, qui Smaragdus dicitur, et est mundissimus translucens & planus, vel staruus est melior, & auf e tur de nido grifonum, & confortat & conseruat Et gestatus facit hominem bene i atelligere, et memoriam bonam consert. Auget opes deferētis. Et si quis sub lingua sua tenuerit, statim prophetizabit.

Si vis facere irim apparere, accipe lapidem, qui vocatur iris, & est albus ad

modum

Si vis, vt homo dormiendo tibi dicat, quæ fecit: accipe lapidem, qui vocatur Quirim, inuenitur lapis iste in nido vpupæ, & est lapis proditorum.

Si volueris aliquid ab aliquo impetrare, accipe tecum lapidem, qui vocatur radianus, & est niger transiucens, qui cum caput gallorum datur comedere formicis, inuenitur post tempora multa in capite galli, & est idem quod lapis tonatides.

Si vis facere quod canes neque venatores possunt nocere alicui animali, quod venatur: pone coram ipsis lapidem qui vocatur Iuperius; & statim id ad lapidem curret. Hic enim lapis inuenitur in Lybia, & omnes bestiæ current ad istum lapidem tanquam ad suum defensorem. Prohibet enim ne canes vel venatores noceant eis.

Si vis comburere manus alicuius sine igne, accipe lapidem, qui vocatur vnices, quem prius diximus principem Apij, quod

ventres confirmat. Et dicit Auicenna, quòd si iste lapis teratur & lauetur, siue lauandus detur alicui mulieri. si virgo non sit, statim vrinabit si virgo est, non.

Si vis hostes, ac inimicos deuincere: accipe lapidem qui dicitur Draconites, à capite Draconis. Et si de viuo lapis extrahatur, valet contra omnia venena. Et ferens eum in sinistro brachio, omnes hostes deuincet.

Si vis amorem generare inter aliquos duos, accipe lapidem, qui echites dicitur, & a quibusdam dicitur aquileus, quia aquila in nidis suis collocant, purpurei coloris est & inuenitur iuxta littora oceani, et aliquando in Persia, & in se semper continet aliun lapidem, qui in ipso sonat, quando mouetur Fertur ab antiquis Philosophis, quod hic lapis sinistro brachio suspensus conciliat amorem inter virum & vxorem. Confert prenantibus, abortum impedit, periculum pe territionis mitigat, & caducis dicitur va

lere

nodum cristalli quadratus seu cornua habens, si iste ponatur in radio solis, statim reflectendo facit apparere irim in pariete vel muro, & inueniuntur plures in Sicilia, & in Aethiopia.

Si vis lapidem vnum, qui nunquam calet, accipe lapidem, qui dicitur Gallasia: & ille habens grandinis figuram & colorem, & duritiem habet adamantis. Si lapis iste in igne ponatur fortissimo, nunquam calefit, & caussa, quia habet poros ita constrictos, quia calor ingredi non potest corpus lapidis Dicit etiam Aaron & Euax, quod lapis gestatus mitigat iram, luxuriam, & caeteras passiones.

Si vis scire vtrum vxor iaceat cum alio alio marito, accipe Galerites lapidem appellatum, qui est idem cum cantabre, & inuenitur in Lybia & Britannia, & est pluris coloris, scilicet, nigri & crocei, & inuenitur glaucus tendens ad pallidatem. Curat hydropisim, & fluentes

Si vis vt peregrini pergant tuti, accipe lapidem, qui hiacynthus vocatur, multorum est colorum. Viridis autem est mulier, & habet venas rubeas, & vult in argento collocari, & in lecturis quibusdam dicitur, quod eius sunt duo genera, aquaticus & Saphyrinus. Aquaticus flauus est & albescens. Saphyrinus autem flauus perlucens valdè, nihil habens aquositatis, & hic est melior, et de hoc scribitur in lecturis Philosophorum, quod digito vel collo gestatus reddit peregrinos tutos & gratos hospitibus. Et somnum prouocat propter suam frigiditatem, & hoc propriè habet saphyrinus.

Si vis seruari à diuersis casibus & pestiferis morsibus, accipe lapidem, qui Orithes vocatur, cuius tres sunt species, vna nigra, alia viridis, tertia cuius altera pars est aspera, altera plana, & color eius quasi ferri laminæ est, sed viridis habet maculas albas. Hic lapis gestatus præseruat à di-

ere Et sicut Chaldæi si in cibo sit venenum, & lapis prædictus ponatur in eo, prohibet ne possit deglutiri cibus ille, & si subtrahatur, statim deglutitur. Et hoc vltimum à quodam fratrum nostrorum sensibiliter examinari vidi.

Si vis reddere hominem tutum, accipe lapidem, qui terpistrites nuncupatur, in mari generatur, rutilans est & rubicundus Et dicitur in libro Alchorat, quod si ante cor gestatur, hominem reddit tutum, & omnes compescit seditiones. Dicitur etiam compescere locustas, volucres, nebulas, grandines, ac tempestatem à fructibus terræ. Et est expertum à Modernis Philosophis & à quibusdam fratrum nostrorum, quod oppositus radio solis, radios igneos emittit. Item quod si lapis iste in aquam bullientem ponatur, statim cessabit bullitio, et post modicum refrigescet.

Explicit liber secundus.

VIdetur dicere Isidorus Lycamam habere in capite lapidem nobilißimæ virtutis, & est albi coloris, quẽ que tritum dederit bibere stranguriosis, perfectè soluit vrinam, et breuiter sanat. Item soluit quartanam. Item tollit albuginem oculorum. Item, si mulier pregnans eum portauerit super se, non amittet fœtum.

Item, valet phthisicis caro ipsarum cocta & comesta. Item puluis ipsarum vestrarum cum corticibus confert ficubus, & cum aliquibus granis, piperis scilicet, ficubus & condilomatibus, quæ nascuntur in ano. Similiter ipsæ crudæ cum corticibus pistatæ, rumpunt Apostemata matura.

LIBER

à diuersis casibus & periculis mortis.

Si vis conciliare pacem, accipe lapidem, qui vocatur Sapphyrus, qui venit ab Oriente in Indiam, & flauus est melior, qui non est tam lucidus, pacem creat et concordiam, purum & deuotum ad Deum animum efficit, animum confirmat in bonis, & hominẽ refrigescere facit interiore ardore.

Si vis curare virginem, accipe lapidem, qui Saunus vocatur, à Sauna insula, mentem deferentis consolidat, alligatus manui parturientis, impedit partum, & ipsum cõtinet in ventre. Idcirco prohibetur in re tali, ne lapis iste mulierem tangat.

In libro numeralium in Aaron & Euax multa similia & alia inuenies. Modus aũt agendi in his in hoc consistit, vt pro effectu bono deferens sit mundus ab omni corporis pollutione.

rebrum puluerizetur, & cum succo cicutæ misceatur, ex hoc comedentes statim se capiant per capillos, nec se dimittent, donec acceptum portauerint. Huius autem effectus ratio est, quia cerebrum illud calidissimum est, ita quod generat virtutem fantasticam obturando meatus per fumum.

Casio est animal satis notum, à Chaldæis vocatur Rapa, à Græcis verò Orgalo dicitur. De hoc dicit Aaron, quòd si pedes eius ab aliquo ferantur, nunquã vexabitur, sed semper progredi appetet. Item gestans pedes eius semper vincet, & ab inimicis suis timebitur: & dicit quod dexter eius oculus in corio lupi inuolutus, reddit hominem placentem, & gratiosum, & benignũ: & si ex prædictis rebus fiat cibus vel puluis, in cibo alicui datus, multum diligitur ab eo. Hoc autem vltimum tempore nostro expertum est: & si prædicta confectio ponatur in fimo, fiunt vermes venenosi, de quibus si aliquis comederit, statim dormiet,

LIBER TERTIVS ALBERTI MAGNI de virtutibus Animalium quorundam.

CVm superius dictum sit de quibusdã effectibus caussatis, virtute lapidum quorundam, & de eorum mirabili efficacia siue operatione:

Nunc dicendum est in isto capitulo, de quibusdam effectibus caussatis in quibusdã animalibus.

Aquila	*Epiriolus*	*Pellicanus*
Casio	*Leo*	*Coruus*
Bubo	*Foca*	*Miluus*
Hircus	*Anguilla*	*Turtur*
Camelus	*Mustela*	*Talpa*
Lepus	*Vpupa*	*Merula.*

Aquila auis satis nota est, à Chaldæis Vorax dicitur, & à Græcis Rimbicus. Refert Aaron & Euax, quod mirabilem habet naturam siue virtutem, quia si eius cerebrum

positum in vase ponatur, et de hoc vnguantur facies, res mirabiles et horribiles apparebunt, et videbitur ei quod debeat mori, et prædictum super ignem ponatur, et ibi sit aliquis caducus appositio lapide Magnete, statim cadet ad terram sicut mortuus, et si ei detur aqua anguillarum ad potandum, statim curabitur.

Camelus est animal satis notum, à Chaldæis enim Cyboi, à Græcis Iphim vocatur. Si eius sanguis super caput ponatur in pelle stellionis, stellis lucentibus, videbitur quod ille sit gigas, et quod eius caput sit in cælo. Et hoc dicitur in lib. Alcorath. ab Hermete. Et similiter, si ex hoc aliquis comederit, statim exibit de sensu. Et si lucerna eius sanguine vncta accendatur, videbitur quòd omnes homines circumstantes habent caput cameli, dum tamen non sit lumen intrinsecum alterius candelæ.

Lepus est animal satis notum, à Chaldæis Veterellum, à Græcis verò Onolosam nuncupatur.

et, & non poterit excitari, donec suffumigetur aristologia, & mastice.

Bubo auis est satis nota, & à Chaldæis magis dicitur & quæ à Græcis Hyssopus. Huius auis mirabiles sunt virtutes. Si enim cor eius cũ dextro pede eius super dormiẽtẽ ponatur, statim tibi dicet quicquid fecerit, et quicquid ab eo interrogaueris, et hoc à nostris fratribus expertũ est moderno tẽpore: & si hoc iterum sibi ponat quis sub ascella, nullus canis ei latrabit, sed obmutescet, et si coniunctio prædictorum cum anima sua suspendatur ad arborem, aues congregabuntur ad arborem.

Hircus est bestia satis nota, à Chaldæis Erbichi, à Græcis Massai appellatur. Si sanguis eius accipitur tepidus cum aceto et fœnationis succo, et similis cum vitro bulliat, reddit vitrum molle ad modum pastæ, poteritque proiici contra murum vel parietem, nec frangetur, et si prædictum cõ

po-

carnibus quis comederit, & de eius aqua biberit, per tres dies curabitur à febre quartana, & si de eius oculis sub ascella ponatur vel portetur, omnes bestiæ inclinato capite versus ima terga fugam dabunt.

Foca est piscis satis notus, à Chaldæis Daulaubur, à Græcis labor dicitur, hic piscis est diuersæ naturæ. Si enim lingua eius accipiatur, & cum aliquãtulo de corde eius in aqua ponatur, pro certo congregabuntur ibi pisces, & si sub ascella portaueris, nullus in iudicio contra te victoriam habere poterit, iudicem benignum & suauem habebis.

Anguilla est piscis satis nota. huius autem (prout vult Euax & Aaron) mirabiles sunt virtutes. Si enim moriatur defectu aquæ corpore integro remanente, & accipiatur acetum forte, & misceatur sanguine vulturis, & ponatur sub fimo in aliquo loco, omnes quotquot fuerint recuperabunt vitam sicut prius habuerunt: Et si

vermis

cupatur. *Huius virtus mirabilis refertur. Dicit enim Euax & Aaron, quod pedes eius iuncti cum lapide aliàs capite merulæ, mouent hominem ad audaciam, ita quòd non timent mortem. Et si sinistro brachio alligatum, pergit quò voluerit, & tutus redibit absque periculo Et si canidetur ad comedendum cum corde Mustelæ, de cætero non vociferabit, etiam si interficeretur.*

Eperiolus est animal satis notum. Vnguis eius si comburatur & consolidetur, et detur in cibo alicui equo, non comedet per triduum, & si prædictum ponatur cum aliquantulo terebintinæ, erit lucidum, & secundò fiet quasi nubes & sanguis, si proijciatur in aquam aliquantulum, fiet tonitruũ horribile.

Leo est animal satis notum, à Chaldæis Aalamus vocatur, à Græcis Beruth. Si ex eius pelle fiant corrigiæ, præcinctus ex illis, non timebit hostes, & si de eius carnibus

tepidus in ore pullorum ponatur, statim sumunt vitam sicut prius Si suspendatur ad collum alicuius auis, semper volabit donec cadat mortua, & dexter eius pes sub calido post tres menses ex humore & calore quem auis habet, generabitur viua & mouebit se, & hoc testatur Hermes in libro Alchorath, & Plinius.

Coruus est auis satis nota, & est eius virtus mirabilis, vt recitat Euax & Aaron. Si enim eius oua coquantur, & iterum in nido ponantur, statim Coruus procedit ad mare Rubrum in quadam insula, vbi est Aldoricus sepultus, & affert lapidem, quo tangit oua sua, & statim fiunt cruda sicut prius erant. Mirabile est, oua cocta suscitare. Si autem lapis iste supponatur in annulo supponendo sibi folium lauri, & tangatur vinctus catenis, vel ianua clausa, statim soluetur vinctus, & aperietur ianua. Et si lapis iste ponatur in ore, dat intellectum omnium auium. Vnus autem

lapis

vermis eius anguillæ extrahatur, & in prædicta confectione ponatur per mensem vnum, vermis mutabitur in anguillam nigerrimam, de qua si quis comederit, morietur.

Mustela est animal satis notum Si cor huius animalis comeditur adhuc eo palpante, facit scire futura, & si de corde cum oculis, & lingua canis aliquis comedat, statim amittet vocem.

Vpupa est auis satis nota, à Chaldæis Bori dicta, à Græcis Ison. Oculi eius gestati faciunt hominem grossum, & si oculi eius ferantur coram pectore, omnes eius inimici pacificabuntur, & caput eius in bursa tua habueris, non poteris decipi ab aliquo mercatore, hoc autem expertum est à fratribus nostris hodie.

Pellicanus est auis satis nota, à Chaldæis Voltri dicitur, à Græcis Iphylati. Huius virtus mirabilis est Si eius pulli interficiantur, dum tamen eorum cor non frangatur, & de eius sanguine accipiatur, &

ſupra oua alicuius auis ponatur, nunquam de cetero ex eis poterit generari fœtus. Et ſi pedes eius ſuſpendantur ad arborem, de cætero non fructificabit, & ſi eius ſanguine cum aqua talpæ decoctæ vngatur locus piloſus, & equus, cadent nigri capilli.

Talpa eſt animal ſatis notum: huius animalis virtus mirabilis eſt, vt refertur à Philoſophis. Si pes eius inuoluatur in folio lauri, & ponatur in ore equi, ipſe fugiet præ timore, & ſi in nido alicuius auis ponatur, nunquam ex ouis illis exibit fœtus, & ſi talpas fugere volueris, pone eam in olla, & ſulphur viuum accenſum, & ibi conuenient omnes aliæ talpæ, & aqua decoctionis ipſius dealbat equum nigrum.

Merula eſt auis ſatis nota, & eius virtus mirabilis, quia ſi pennæ alæ dextræ eius ſuſpendantur in medio domus cum ſilo rubeo, quod nunquam fuerit in vſu, nullus poterit dormire in illa domo, donec de

ponatur

lapis est Indicus, quia in India reperitur, secundùm sapientes quosdam, & aliquando in mari rubro, varij coloris est, & facit omnes iras obliuisci, sicut supra diximus.

Miluus est auis satis nota, à Chaldæis Eysicus, à Græcis Melos dicitur, si caput eius accipiatur & feratur ante pectus, dat amorem & gratiam omniũ hominũ & mulierum, si suspendatur ad collum gallinæ, nunquam cessabit decurrere, donec deponat illud, & si ex eius sanguine inungatur crista galli, de cætero non cantabit, in genibus eius inuenitur quidam lapis, si inspiciatur subtiliter, qui si ponatur in cibo duorum inimicorum fiunt amici, & erit optima pax inter eos.

Turtur est auis satis nota, & à Chaldæis dicitur Mulona, à Græcis pilax. Si cor huius auis feratur in corio lupi, nunquam de cætero [illegible] ferens appetitum luxuriandi, & [illegible] comburatur, &

supra

mala sub maleuolo, & inueniet quod dictū est: nam si in suis contrarijs fierent, vt bonus effectus in signo maleuolo, vel contra, impediretur virtus & effectus eius propter suum contrarium, & sic bona & vera vilipenderunt Videmus enim quamplurimos falli in certis ac veris, qui si signorum vel temporum qualitates agnoscerent & custodirent in supradictis voluntatem, consequerentur & effectum.

Explicuit secreta aliqua Alberti Magni de Colonia, super naturis, virtutibus & efficacia Herbarum, Lapidum, & Animalium quorundam

VIdetur dicere Isidorus, quòd cinis ranę magnę super se portatus, azona valde retinet fluxum mēstruorū, & in probatione, si ligetur ad collum gallinæ, nō exibit sāguis ex ea, vel ex alio animali. Item distēperatus cum aqua ex eo vngantur, nō amplius nascentur inde pili.

Si quis

ponatur. Et si cor eius ponatur sub capite dormientis, & ab eo quæratur, omnia dicet, quæ fecerit alta voce: & iterum si in aqua putei ponatur cum sanguine vpupæ, & commisceatur, postea vngantur inde tempora alicuius, statim infirmatur vsque ad mortem. modus agendi omnium prædictorum, vt effectus bonus sit & vtilis, est quod fiat sub planeta beneuolo, vt Ioue & Venere. Et in malo effectu sub planeta maleuolo, vt Saturno & Marte Et hoc est scilicet diebus ipsorum, & horis suis. Si quis autem hæc rectè fecerit, procul dubio veritatem & vtilitatem, & maximam efficaciam inueniet in prædictis, sicut sæpius vnà cum nostris fratribus temporibus nostris sum expertus & vidi.

Consideret igitur qui hic prædictorum copiam inuenerit, possidere vel dominum efficaciam & virtutem, vtrum se habeant in effectu bono sensui contrario, quòd bona sub beneuolo planeta experiantur, &

quod Sol emergat horizontem, hora octa-
ua horologij, habemus vsque ad occasum
17. horas horologij, quas multiplicemus
per 60. prout sunt minuta cuiusque horæ ho
rologij, & habebimus nongenta sexagin-
ta minuta, quæ diuidamus per 12. prout
12. sunt horæ diei applicando cuilibet ho-
ræ suam portionem, & habemus 80 minu-
ta hora qualibet: ergo hora talis diei ha-
bebit 80. minuta, quæ capient horam
vnam vnum & tertium horæ horologij.
Et toto illo tempore considerabitur domi-
nium planetæ illius horæ, quemadmodum
infra scripta tabula demonstrabit. Quæli-
bet autem hora suæ noctis non habebit nisi
40 minuta. Quod sic de reliquis suo modo
intelligas, secundùm videlicet solis ortum
super terram, quia non ea hora, quæ media
est inter noctem & diem, dies dicitur, sed
dies propriè intelligitur, cùm sol videri po
test. Cùm ergo voles cuiusque planetæ do-
minum considerare, nam vnaquaque hora

quilibet

SI quis cor canis in sinistra parte portauerit, omnes canes obmutescent. Si quis oculum dextrum lupi ligauerit in manica dextra, homines neque canes ei nocere possunt. Et vt omnia, quæ superius dicta sunt, & etiam dicentur inferius, qui astrorum peritiam non habent, ad effectum sui desiderij facilius possint accommodare: Primò notabitis, quod hora sumitur dupliciter, videlicet æqualis & inæqualis. Hora æqualis est hora horologij, quæ semper æqualis existit. Inæqualis aũt consideratur, secundùm quod dies maiorantur, vel minorantur, nam semper Astrologi considerant tempus, quo sol stat super horizonta suum, & illud vocant diem vel arcum diurnum, & vice versa noctem. Id autem tempus, quod diem appellant, in partes diuidunt duodecim æquales, quæ sunt horæ huiusceiodi diei, & quicquid de die dicitur, de nocte oppositio modo intelligas. Et vt clarius percipias, ponamus

Dies Sabbathi habet astrum suum sub Saturno.

NOTA, *quod omnis actus fieri debet sub suo planeta. Et melius est, si in proprio die illius planetæ & in ipsius hora propria fiat, vt verbi gratia.*

Sub Saturno, vita, ædificium, doctrina, mutatio.

Sub Ioue, honor, optatum, diuitiæ, indumentum

Sub Marte, bellum, carcer, matrimonium, inimicus.

Sub Sole, spes, lucrum, fortuna, hæres.

Sub Venere, amicus, vel societas, via, amica, peregrinus.

Sub Mercurio, erga amissio, debitum, timor.

Sub Luna palatium, somnium, mercatum, furtum.

quilibet planeta ſuum habet dominium, horas ipſas ſupraſcripto modo conſiderabis, & ſic poteris ad finem propoſiti peruenire. Conſideratur etiam diei initium à prima hora præcedentis diei poſt meridiem. ſic diuidatur dies dominicus in duas partes æquales, & ſic duodecim horarum, diuide in duas, erit ergo 18. dimidium diei, & prima hora ſequens erit initium diei Lunæ.

DE aſtris & planetis rerum ſcias, quod dies Dominicus habet aſtrum ſuum ſub Sole.

Dies Lunæ habet aſtrum ſuum ſub Luna.

Dies Martis habet aſtrum ſuum ſub Marte.

Dies Mercurij habet aſtrum ſuum ſub Mercurio.

Dies Iouis habet aſtrum ſuum ſub Ioue

Dies Veneris habet aſtrum ſuum ſub Venere.

Sol 3. Venus 4 Mercurius 5. Luna 6. Saturnus 7. Iupiter 8. Mars 9. Sol 10. Venus 11. Mercurius 12. Luna.

Noctis verò diei Martis prima eius hora Saturnus, 2. Iupiter, 3. Mars, 4. Sol, 5 Venus, 6. Mercurius, 7. Luna, 8. Saturnus, 9. Iupiter, 10. Mars, 11. Sol, duodecima Venus.

Diei Mercurij prima eius hora Mercurius, 2 Luna, 3. Saturnus, 4. Iupiter, 5. Mars, 6 Sol, 7. Venus 8. Mercurius 9. Luna 10. Saturnus 11. Iupiter 12. Mars.

Noctis verò Mercurij prima eius hora Sol, 2. Venus 3. Mercurius 4. Luna 5. Saturnus 6. Iupiter 7. Mars 8 Sol 9 Venus 10. Mercurius 11. Luna 12. Saturnus.

Dies Iouis prima eius hora Iupiter, 2. Mars 3. Sol 4. Venus, 5. Mercurius 6. Luna 7. Saturnus 8. Iupiter 9 Mars 10. Sol 11 Venus 12. Mercurius.

Noctis

ALBERT. MAGN. DE HORIS DIE-rum & noctium.

ET primò de horis diei Dominicæ, hora eius 1. Sol 2. Venus 3. Mercurius 4. Luna 5. Saturnus 6. Iupiter 7. Mars 8 9 Venus 10. Mercurius 11. Luna 12. Saturnus.

Noctis verò prima eius hora Iupiter 2. Mars 3. Sol 4. Venus 5. Mercurius 6. Luna 7. Saturnus 8. Iupiter 9 Mars 10. Sol 11 Venus 12. Mercurius.

Diei Lunæ prima eius hora Luna 2. Saturnus 3 Iupiter 4. Mars 5 Sol 6. Venus 7. Mercurius 8. Luna 9. Saturnus 10. Iupiter 11. Mars 12. Sol.

Noctis verò prima eius hora Venus 2. Mercurius 3 Luna 4. Saturnus 5. Iupiter 6. Mars 7 Sol 8 Venus 9. Mercurius 10. Luna 11. Saturnus 12. Iupiter.

Diei Martis prima eius hora Mars 2.

Sol

Mercurius 2. Luna 3. Saturnus 4. Iupiter 5. Mars 6. Sol 7. Venus 8. Mercurius 9. Luna 10. Saturnus 11. Iupiter 12. Mars.

Et nota quod Iupiter & Venus boni sunt Saturnus & Mars mali. Sol verò & Luna mediocres. Mercurius autem cum bonis bonus, & cum malis malus.

FINIS.

EIVS-

Noctis verò Iouis prima eius hora Luna, 2. Saturnus 3. Iupiter 4. Mars 5. Sol 6. Venus 7. Mercurius 8 Luna 9. Saturnus 10. Iupiter, Vndecima Mars, duodecima Sol.

Dies Veneris prima eius hora Venus, 2. Mercurius 3. Luna 4. Saturnus 5 Iupiter 6. Mars 7. Sol 8. Venus 9 Mercurius 10 Luna 11 Saturnus 12. Iupiter.

Noctis verò Veneris prima eius hora Mars, secunda Sol, tertia Venus quarta Mercurius 5. Luna, sexta Saturnus, septima Iupiter, octaua Mars, nona Sol, decima Venus, vndecima Mercurius, duodecima Luna.

Dies Sabbathi prima eius hora Saturnus, 2. Iupiter 3. Mars 4. Sol 5 Venus 6. Mercurius 7. Luna 8. Saturnus 9. Iupiter 10. Mars 11. Sol 12. Venus.

Noctis verò sabbathi prima eius hora

Mer-

cientem, & cùm diu sollicitauerint animum super hoc, inuenimus sermonem probabilem, Auicennæ sexto naturalium: Quod dum hominum animis inesset quædam virtus immutandi res, & quod res aliæ essent obedientes ei, quando ipsa fertur in magnum amoris excessum, aut odiū aut alicuius talium. Cùm igitur anima alicuius fertur in grandem excessum alicuius passionis, inuenitur experimento manifesto, quod ipsa ligat res, & alterat ad idem quod desiderat, & diu non credit illud. Sed postquam legi libros necromantiæ, & libros imaginum & magicos, inueni quod affectio animæ hominis est radix maxima omnium harum rerum, seu propter grandem affectionem alteret suum corpus, & alia quæ intendit, siue propter dignitatem eius obediant ei res aliæ viliores, seu cum tali affectione exterminata concurrat hora conueniens aut ordo cæleſtis, aut alia virtus, quæ quãuis faciat

illud

EIVSDEM

ALBERTI MAGNI DE mirabilibus mundi feliciter incipit.

Post quam scimus, quòd opus sapientis est facere, cessare mirabilia rerum, quæ apparent in conspectu hominum. Quamuis varia, quamuis diuersa & plurimum admiranda, non cessauimus inquirere scripta authorum, donec sufficienter appareret magna pars operum mirabilium.

Tandem autem occurrit nobis res vltima mirabilitatis & extranitatis, apparentis tamen insensibilis omnium hominum ferè & vulgarium, & est ligatio hominum & virtuum ipsorum per incantationes, per characteres, per venesicia & sermones, & multa valde vilia, quæ penitus non videntur possibilia, nec habentia caussam sufficientem.

pit ex se super horam maiorem & meliorem, quæ est super res magis conuenientes. Ad illud ligari autem possunt, quicunque minus sunt inuicem feruidi in amore, quàm sit inuicem, ligans eos odio, tūc enim anima ligantis non potest subuincere animum illorum, cùm fortius trahant in contrarium, quàm ipsa. Soluunt ergo omnia hæc illi, qui sunt fortiores in contrario, quàm fuerit ligans eo, & hoc in illa hora, in qua inuadit ipsum appetitus extraneus, vt cum illis rebus quas tunc dictat animus, quia semper maior excessus animorum ligat & prohibet alium minorem aut soluit. Scimus ergo ex hoc, quod quidā ligari non possunt, cùm sint magis feruidi inuicem, quàm aliquis contra eos. Quidam autem solui non possunt, cùm sit eis ligantis maximus excessus. Quidam autem ligantur & soluuntur, quia inueniuntur quidam maximi excessus in ligando, quidam verò maximi in dissoluendo. Et vniuersaliter

llud, reputauimus tamen animam facere.
am publicum, & verificatum est, quod
igationes hominum, incantationes & pro-
notiones ad iram, odium, amicitiam, &
letrimentum, gaudium sunt consequentes
d grandes affectiones, & tu vides vulgus
quod secundùm naturam fertur super res,
quod timet hec omnia, & appetit bene di-
ctiones maximè electarum & dignarū per-
sonarum, & abhorret maledictiones &
blasphemias vetularum, tanquam in eis sit
virtus, aut saltē aliqua mali virtus annexa.

Qui ergo vult scire huius rei secretum,
vt operetur illud & dissoluat, sciat quod
ligare potest omnis, que venit in gran-
dem excessum & vltimatum illius in tan-
tum, vt superet eos quos ligat, & debet
facere hoc in illa hora, in qua inuadit eam
ille excessus, & cum illis rebus, quas sibi
dictat tunc anima. Ipsa enim anima cùm
sic est auidarei, quam vult operari, arti-

illa appetit, dictat fieri. Quicquid aũt igitur dictat animus fortissimè amantis in illa hora de loquelis characteribus quinq; est habens efficaciam ad illud.

Similiter quicquid instigat animus ferociter audientis in illa hora, siue cum consilio & deliberatione, est habẽs efficaciam destructionis & discordiæ, & acquirit illud ab anima facientis, seu ab hora, seu à signo cæleſti illius horæ, quia penitus omnis hora, in qua tractatur alicui malum, est illa mala & nociua, & quod in ea fit contra ipsum offendit eum, & econtra in bonis. Et tu nota istud pro grandi secreto omnium, quæ vules agere, & prote, & pro alijs. Omnia enim super quæ arripit animus inebriatus destitutio rei sunt acquirenda ad illud, secundùm desideria animæ operantis, & secundùm hoc est artificium characterum quinque sermonum virtuosorum mirabilium, & iste modus, in quo inuenta est efficacia ipsorum omniũ. Mens enim

ter ille ligat, qui auidus ardet, & ille solu-
it, qui fortius capitur siue intendit se in
illud. Faciũt ergo hoc cum his, quæ sibi di-
ctat animus, & tunc illa hora & ad illos,
& tu nota illud ad omnia maleficia dissol-
uenda siue faciẽda. Nullus autẽ est aptus in
hoc, nisi quem instigat ad hoc faciendum
inclinatio naturalis, aut aliquid vigens in
eo. Vnde sunt magis apti ad hoc, quàm a-
lij. Et cùm certificatum fuit nobis hoc, sci-
mus, & hoc sententia characterum quin-
que & sermonum efficaciam ad omnem
rem, quam vult homo, & sunt secundùm
duos modos. Vno scilicet iam dicto, scili-
cet secundùm affectionem animi operantis
ipsius horæ in qua fiunt, & ipsius virtutis
cælestis, quæ tunc est. De necessitate ha-
bent efficaciam ad similitudinem animi,
& mouent ad illud, quod animus desidе-
rat. Suum ergo character quinque sermo-
nes, & omnia iuuantia opus animæ. Ipsa
sunt, quæ animus in illa hora, qua fortius

quia semper ipsæ correspondent intentioni operantis eas, cuius sunt effigies & vestigia animæ, & sic anima, quæ est magis desiderans rem ipsam facit eas magis efficaces, & magis habentes similitudinem eius quod quærit. Nam scientia est factio characteris. Sunt enim quinque male dearticulatæ, quinque verò sunt characteres bene complexæ & dearticulatæ, vnde virtuosiores sunt & magis scientiales atq; rationales sunt quinque characteres. Similiter est operatio in omnibus quæ desiderat anima forti desiderio. Omnia enim quæ tunc agit illud intendens mouent, & efficaciam habent ad id quod anima desiderat, & secundùm hoc vociferantur experimenta multa auctorum, quæ cùm audiuntur, reputantur incredibilia omnino. Cùm tamen scientia sit certissima, quo nulli Philosophorum, quorum intentio erat indifferenter propria laus & bona fama fuit voluntas scribendi etiam

tanta

nim affectat grandi desiderio, sicut arri-
itur super multiplices sermones, colores,
& gestus: sic & super characteres & fi-
uras diuisas. Vnde nec ad idem inueniun-
ur similes omnes characteres, secundùm
iuersam affectionem facientium eas.
t ideo parum aut nihil nisi authori ea-
um, aut ei, qui iam incepit inebriari in
llo, ac si esset author illorum, prosunt,
ut saltem nisi scribatur super eis intentio
peratoris ipsorum. Secundus verò mo-
us characterum quinque, est intendens
ecundùm viam naturalem, & probabi-
em. Et habet quandam similitudinem
umeo, quod quærit operans, vt si velit a-
orem, facit figuras amplectentes, se inui-
em immixtas, inuicem aspicientes, se hu-
iliantes, se inuicem applicatas Sicut a-
ima desiderat res applicari & vniri per
morem. Et si desiderat odium per eas,
acit ipsas auertentes, se inuicem dispares,
issolutas, & in contrarium trahentes,

rò ex his habes viam ad totam hanc excogitationem.

POst quam Philosophis certificatum est, quòd vniuersæ species rerum mouent & inclinant ad seipsas quoniam postquam in eis virtus activa rationabilis est, quam agunt & mouent tam ad seipsas, quã ad diuersas, & ignis mouet ad ignem, & aqua ad aquam. Etiam dixit Auicenna, quod dum aliquid stat in sale diu, fit sal; & si quid stat in loco fœtido, fit fœtidum; & si quid cum aliquo audace, fit audax; & si cũ timido, timidum; & si quod animal stat cũ hominibus. fit humanum & domesticum, & generaliter verificatiuum est eis ratione & experimento, quod omnis natura mouet ad suã speciem, & sit eorum specificatio nota in qualitatibus primis, & similiter in secundis, & fuit idem in tertijs, & in omnibus dispositionibus nihil quod non moueat ad seipsum secundùm totum posse suũ.

Et

tantæ familiaritatis, quantæ esset illud quod inuenitur in libris suis, si veritatem non haberet quod dicunt potius vituperationem viderentur intendere, quàm bonam famam. Et manifestè videmus quòd nullus etiam ignorans scribit libenter rem manifestæ familiaritatis: & cùm ipsi essent Philosophi & grandis inuestigationis, & nulla necessitas cogeret eos, quomodo scripta possunt esse ita manifestè famula, vt multis videtur, in quorum animam non potest cadere, in his talibus aliquid virtutis non potest existere, quia non potentes videre causam, negant sensibilem effectum, cùm essent materiæ ad fiendum, scilicet, quia videntes effectum esset inquirendi caussa, & hoc est, quod meditaui in diuersis tractatibus quinque characterum & sermonum. Particulares autem characteres quinque sermones ad vnumquodque fiendum & destruendum ex libris diuersis aggregabo inferius. Tu ve-

& ingenium Philosophorum, quorum fuit intentio propria laus in posteris, vt falsi dicatam grandia redderent in scriptura.

NON est secretum neque occultum gentibus, quoniam omne simile adiuuet & confirmet sui simile, diligat & moueat & amplectatur illud. Et medici iam dixerunt & verificauerunt illud pro parte sua, & dixerunt, quod epar iuuat ad epar, quodlibet membrum suum simile Et Alchimistæ sciuerunt illud veritate manifesta, quomodo natura similis sub ingreditur & gaudet suo simili & congaudet illi & condolet, & omnis scientia iam verificauit illud in suis similibus, & tu nota illud diligenter, quoniam super hoc videbitur grandis mirabilitas operum.

IAm est verificatiuum & positum in mentibus omnium, quod omnis species naturalis, & quòd omnis natura particu-

Et hoc fuit radix & principium secundùm operum secretorum, & non tu auertas oculos tuæ mentis.

POst quam fuit infinitum mentibus Philosophorum istud, & ipsi inuenerunt dispositiones entium naturaliũ, quia certè sciuerunt, quod quibusdam entibus est insita grandis frigiditas, quibusdam cum hoc grandis audacia, quibusdam grandis iracundia, quibusdam grãdis timor, quibusdam innata sterilitas, quibusdam innatus ardor amoris, quibusdam innata aliqua alia virtus. Aut secundùm totam speciem, sicut leoni est audacia innata & victoria. Aut secundùm indiuiduum, sicut meretrici inest audacia non per speciem humanam, sed per indiuiduum. Venerunt ex hoc super grandia mirabilia, & super secreta operabilia. Et qui non intellexerunt mirabilitatem illam, & vnde posset fieri illud neglexerũt, & abiecerunt omnia, in quibus fuit labor

pelle ouis, & sic est in omnibus alijs. Et tu nota istud propter magnitudinem rerum creatarum, quæ ex eodem proueniunt.

ET est apertum omnibus, quòd homo est finis omnium naturalium, & quod omnia naturalia sunt per ipsum, & ipse vincit omnia, & naturalia habent insitam naturalem obedientiam ad ipsum hominem, & quòd homo est plenus omni mirabilitate, eò quod in ipso sunt omnes conditiones, scilicet distemperantia in caliditate & frigiditate temperata in omni eo, quod vis, & in eo sunt omnes virtutes rerum, & ad humanam naturam fauent & obediunt dæmones, & ipso humano corpore operantur omnes secretæ artes, & omne mirabile exijt ex ipso: sed non habet homo omnia secundùm idem tempus, sed in diuersis temporibus, & in diuersis individuis, & ideo inuenitur efficacia omnium rerum Hypocritarum verborum

vegeta-

ticularis vel generalis habet amicitiam naturalem ad aliquam aliam. Et omnis species habet aliquid timendum, horribile & inimicum & destructiuum. Similiter aliquid exultans, lætificans & concordans, & per naturam, vt ouis lupum, & ipsa cognoscit non solum viuum, sed mortuum, non solum per visum, sed per gustum, & lepus canem, & catta murem, & omnia quadrupedia timent leonem, & omnia volatilia timent aquilam, & omnia animalia timent hominem, & est insitum naturæ vnicuique istud, et quædam habent istud secũdùm totam speciem, & secundùm omne tempus, & quædam habent istud secundùm indiuiduum solũ, & secundùm certum tempus, & omnium est certificatio, quòd, quæ odiunt se secundùm vitam, quod partes eorum, imò pili & omnia odiunt se inuicem, postquam moriuntur. Vnde pellis ouis consumitur à pelle lupi, & tympanum de pelle lupi facit obmutescere illud de

pelle.

lido & frigido, quod sibi conuenit. Et qui credit, quod mirabilitas rerum sit in stellis et aspectibus, à quibus contrahunt res proprietates mirabiles, & occultas, scire potest, quod omnes res habent propriam figurã cælestem sibi conuenientem, ex qua etiam prouenit ei mirabilitas in operando. Nam omne quod incipit sub determinato ascendente & influentia cæleſti incipit et contrahit, nunquam propriam efficaciam patiendi & operandi rem mirabilẽ, & qui credit, quod mirabilitas rerum exeat per amicitiam, inimicitiam, vt emptio, non potest etiam denegare. Et vniuersaliter secundùm omnem modum philosophandi res vnaquæq; est plena mirabilibus, & postquam hoc sciuerunt Philosophi, & inceperunt experiri & dicere, quid in rebus est.

PLA-

vegetabilium. Sed quæ sunt partis, ad partem non declarantur ratione, sed experientia. Quantum autem ratio poterit videre, & comprehendere, notabis, & quantum per tuam experientiam experiri poteris, adiunge & intellige hoc quod contra hominem est.

NON potest aliquis dicere quòd omnis res sit non plena mirabilitate, & nescis, quæ maioris, quando diligenter certificat, sed vnusquisque vilipendit rem, de qua nihil scit, & res nihil meruit in illo: nam vnaquæque res habet de calido & frigido, quod est sibi proprium, & ignis non sunt mirabiliora, quàm aquæ, sed sunt diuersa, & alterius modi, & piperis non sunt mirabiliora, quàm iusquiami, sed alia. Et qui credit quod mirabilitas rerum exit à calido & frigido, non potest dicere, quin in omni re sit grande mirabile, cùm vnaquæque res habeat de ca-

lido

CRedit purus Astrologus, quod tota mirabilitas rerum & radix experimentorum, & omnium, quæ extant à rebus, quando inuicem conferuntur, eſſẽt à figura cæleſti, quã contrahit vnũquodq; horæ ſuæ intemperationis, & generationis, & verificauit in omnibus, quæ expertus eſt Inuenit quod concurſus rerũ ſecundùm curſum ſtellarum, & victoria, & gaudiũ, & triſtitia pendet exinde, & iudicatur per illud. Et ideo iußit omnia fieri in certis diebus, & in certis horis, & in certis cõiunctionibus & ſeparationibus, in certis aſcenſionibus, ſed Hypocritos ſermones, præparationes herbarum, & non potuit eorum ingenium expandi ad omnes verificationes Philoſophorum.

CRedidit magna pars Philoſophorum & medicorum, quòd tota mirabilitas experimentorum & mirabilium exiret à rebus naturalibus quãdo in lucem confe-

PLATO verò dicit in libro Tegimenti, quòd qui non fuerit opifex Dialecticæ, ex qua fit pronus et eleuatus intellectus agilis & expeditus, & qui non est eruditus in scientia naturali, in qua declarãtur mirabilia calida & frigida, & in qua aperiuntur proprietates cuiuslibet entis in se, et qui non fuerit doctus in scientia Astrologiæ, & in aspectibus figuris stellarum, ex quibus est vnicuiq; eorum, quæ sunt, sublima virtus & proprietas, & qui non fuerit doctus in scientia necromantiæ, qua manifestantur substantiæ immateriales, quæ dispẽsant & adminiſtrant hominem, quod est in rebus ex bono & malo, non poterit intellige re, nec verificare omnia, Philosophi scripserunt, nes poterit certificare omnia, quæ apparebunt sensibus hominum, & euadet cum tristitia animi, quoniam in illis rebus est mirabilitas omnis, quæ videtur.

Credit

rem, & plerunque per virtutes dæmonum necromanticorum, plerunque per virtutes alias innatas rebus cum suis formis substantionalibus, plerunque per relationem, quæ sunt rerum ad inuicem. Vnde reddunt ur incomprehensibilia rerum mirabilia, sicut dicit author. Plerumque per se faciunt vnum per accidens faciunt per contrarium. plerũque directè, plerunque indirectè.

Meritò ergo Plato dixit, quod qui non fuerit valdè solers in Dialectica, & doctus in virtutibus rerum naturalium, similiter in signis stellarum et necromant carum virtutum, non videbit rationabilitatem mirabilium, nec ipse sciet ea, & non communicabit thesaurum Philosophorum.

Scio igitur, quod omnis res habet ex caliditate & frigiditate, quod signum est, ex quo facit rem efficacem, aliam per accidens directè & indirectè, & habet vnamquamque virtutem ex stellis, ex figura

conferuntur per calidum & frigidum, siccũ & humidum, & significauerunt has quatuor qualitates, & posuerunt ipsas radices omnium mirabilium, & eorum mixtio exigit ad omne mirabile, & verificauerunt illud in suis operibus, & iusserunt sua experimenta incidere, & componi per istam, & tenere per has res & verificari. Et cùm inuenerunt multa experimenta Philosophorum, non potuerunt ea verificare per calidum & frigidum, imò magis ex hoc erat contrarium, accidit ei mirari incessanter & tristari, & negant plerumq; illud, & si videant id.

PLato, Aristoteles, & legitimi, & omnes qui intenderunt super vltimum Philosophiæ, iam certificauerũt, quod mirabilitas exijt à rebus secundùm modos valdè diuersos.

Plerumque per virtutes cæleſtes impressas, plerunq; per caliditatem & frigidita-

morbos calidos, scilicet per accidens aut indirectè.

Si vis igitur experimentari. Primò decet te scire de rebus, vtrum calidæ aut frigidæ sint, & nota totum illud, & postquam scis istud, nota, quæ sit dispositio & proprietas naturalis eius, vtrumne est audacia, aut timiditas, aut decor, aut sterilitas, quia qualẽ habet naturam vnumquodque entium, talẽ assimilat in his quibus associatur, vt leo est animal intimidum, & habens audaciam naturalem maximè in fronte & corde, & ideò qui associat sibi oculum leonis, aut cor, aut pellem, quæ est inter duos oculos, vade t audax & intimidus, & inducit timiditatẽ omnibus animalibus. Et generaliter in leone est virtus dandi audaciam & magnanimitatẽ. Similiter in meretrice est audacia exterminata, & ideò dicunt Philosophi, quod si quis induit camisiam meretricis publicæ, aut respexerit speculum aut secum habuerit, in quo ipsa speculatu

seipsam

gura suæ generationis, quam agit in mortalitate, constructione & conuenientia cum alijs, & tamen vnaquæque res habet virtutes sibi cognatas, per quas vnaquæque res est principium mirabilis effectus. Cùm ergo hoc quod omnis natura mouet ad suum simile, potest imaginari de mirabilitate effectuum, quod vis ad omne operandum, & verificabis ad omnia, quæ audies, & medicinalia, & magica, & necromantica, secundum diuersum modum tuæ excogitationis, & solertiæ est, intromittam te superficialiter, vt te ipsum adiuues, & præpares ad recipienda, quæ dicam aggregata & collecta ex Philosophis & diuersis antiquis. Habeto ergo istud in mente tua, & quantum est per se res calida, adiuuat in passionibus frigidis, & est experimentum in eis, & non competit calidis nisi per accidens, aut indirectè, quod est per accidens, decipiat te in primis qualitatibus, quia plerunque res calida sanat

maximè in illa hora, qua magis stimulatur in amore, quia tunc in eo vigor magis in promouendo ad amorem, ex illo animali accipiunt partem, in qua magis viget virtus, & ille appetitus, sicut sunt cor, testiculi & matrix, & exhibent ea illi, quem volunt intendere, masculus ad fœminam exhibet testiculos. Mulier verò ad virum exhibet menstruum aut secundinam.

Et quia hirundo multum diligit, vt dicunt Philosophi, ideo multum eligunt eam ad excitandum amorem.

Similiter in hoc genere turtur, columba & passer, maximè quando capiuntur amore & Venere, tunc enim irrefragabiliter prouocant & inserunt amorem.

Similiter quando volunt facere loquacem, appropinquant de lingua canis aut de corde. Cùm autem volunt facere facundum aut delectabilem, associant ei philomelam, & vniuersaliter quamcunq; virtutem aut proprietatem naturalem vi-

dent

seipsam, vadit audax & intimidus. Similiter in gallo est audacia magna, adeò quod dicunt Philosophi, quod & ipso viso stupescit leo, & ideo dicunt, quod si quis gesserit ipsius aliqua, vadit audax, & generaliter omne animal quod habet audaciam exterminatam per naturam aut per casum, si eo cõstrueretur huiusmodi, dat ipsi audaciam. Similiter, si est animal sterile per naturam aut accidens aliquod, eius consociatio ad aliquem mouet ad sterilitatem.

Et ideò scripserunt Philosophi, quod mulus à proprietate vel quocunque sit omninò sterilis, facit viros & mulieres steriles, quando ex eo sociatur aliqua pars mulieribus. Similiter facit abortiuus, & eunuchus, quoniam omnibus his est insita sterilitas, & assimilant sibi in hoc hominẽ, qui sibi associat ista intrinseca. Similiter qui volunt incitare amorem, respiciunt, quod animalium maximè diligit, & ma-

ratione cùm lateant homines. Quædam sola ratione, cùm careant sensibus, nam quamuis manifestam rationem nesciamus quod magnes trahit ferrum, ita tamen manifestat illud experientia, quod nullus denegare potest, & quemadmodum istud est mirabile, quod sola experientia certificat, ita in alijs debet homo æstimare, nec debet negare quicquam mirabilium, quamuis rationem non habet, sed debet experiri, quia causſæ mirabilium sunt latentes. Et ex tam diuersis præcedentibus, quàm humanus intellectus secundùm Platonem non potest eas imitari. Magnes ergo trahit ferrum, carabe trahit paleam, & quidam alius lapis trahit vitrum. Sic in entibus sunt mirabilia declarata Philosophis per experientiam, quæ nullus denegare debet, nec experitur illud secundum modum Philosophorum, qui illud inuenerunt. Nam dicunt. Philosophi, quod palma est arbor & habet masculum

& fœ-

kent in aliquo entium naturalium, secun-
ùm excessum suspicantur assimilare aut
romouere seu inclinare dispositum ad il-
ud propter quod sciunt firmiter, quod po-
est plus iuuare, quàm nocere, eò quod habet
llud insitum à sua natura. Et omnis vir-
us mouet ad tale, quale est secundùm posse
iuum. Et sic intelligo esse in rebus mirabili-
us, quas audies. Et hoc dictum sit ad intro-
ducendum animum tuum.

Dixit author libri Tegimenti, quod
quædam sunt manifesta sensibus, in
quibus nullam scimus rationem,
& quædam sunt manifesta ratione, in qui-
bus nullum sensum, nec sensationem perci-
imus. Et in primo genere entium, nulli cre-
dendum est, nisi experientiæ, & est expe-
iendaratio, nec negandaexperientia. Et
n secundo genere entium non expectan-
dus sensus, quia sentiri non potest. Quedam
gitur sola experientia sunt credenda sine

tibi quædam, vt tu firmes mentem tuam super eas, & tu sis paratus credulitati eorum, quæ ratio non potest confirmari secundùm sensum, quia prædictum in eis est adiutorium.

Ex eis itaque est quod filius Mesue dixit in libro de animalibus. Si induit vestimentum viri mulier fœta, deinde induat ipsum vir priusquam abluat ipsum, recedit ab ipso febris quartana.

Et in libro de animalibus dicitur, quòd leopardus fugit cranium hominis. Et alibi quod si cranium hominis antiqui sepeliatur in turri columbarum, aut ponatur in ea, habitant & quiescunt columbæ ibi, & multiplicantur donec constringantur in ea.

Et in libro de Tyriaca Galeni, quod serpens, qui dicitur regulus, est subalbidus, supra cuius caput sunt tres pili, & quando videt eum aliquis, moritur statim, & quando audit sibilum eius aliquis, vel aliquid moritur, & omnis bestia, quæ comedit ex

& fœminam, cùm ergo fœmina appropinquatur masculo, vides fœminam declinatam ad masculum, & mollificantur folia eius & rami, & declinant ad masculum, cùm ergo ad palmas vident illud, ligant funes à masculo ad fœminam, redit ergo erecta super seipsam, quasi adepta sit à masculo per continuationem funis virtutem masculi, quare ergo negas quod in hoc sit reliquarum rerum, quæ suis proprietatibus agunt, donec per experientias certificetur tibi certitudo, & destruatur falsitas? Negotium autem tuum supra illud, quod narramus in libris nostris duorum rumor propalatur in regionibus, & quorum vestigium datur apud sapientes absque experientia ipsius cuius proprietates sumuntur, est inuidia & odium, ex quo semper prouenit obliquitas intellectus & iudicij in ore Multi tamen antiquorum narrauerunt res mirabiles, tamen iam receptas apud vulgus & verificatas. Ego narrabo

minis mortui ſuſpenditur in aliquo, iuuat à quartana, & ſi ſuſpenditur os hominis mortui ſuper illum, qui conqueritur de ventre ſuo, ſanatur. Et dixerunt ſi dentes pueri in primis cum cadunt ſuſpendantur antequam veniant ad terram, & ponantur in lamina argenti: & ſuſpendantur ſuper mulieres, eas prohibent impregnari & parere.

Et in libro Cleopatræ, quando mulier accipit omni menſe de vrina mulæ pondera duo, & biberit, ipſa non concipit. Et in libro decorationis accipe quantitatem fabæ de Alcibi, & infunde ipſam in vrinam mulæ, & da mulieri ad potandum, & non concipit Et dixit Alexander, quando accipitur aliquid de vmbilico infantis, qui egreditur, ſi inciditur & ponitur ſub lapide annuli de argento aut auro, tunc ei, qui neſcit eum, non aduenit colica paſſio penitus, & dictum eſt, quod ſi ligetur ſemen acetoſæ in panno, & ſuſpendatur ſuper tympanum ſiniſtrum, non concipiet donec

eo mortuo etiam moritur.

Et dicit Aristoteles, quod vbi fit æstas sex mensibus, similiter hyems, est fluuius in quo inueniũtur viperæ, quarum proprietas est, vt nunquam videant se quin moriantur, & faciunt hoc cùm viuunt, cùm verò sunt mortuæ, nihil nocent. Et ingeniauit Aristoteles cum Alexandro, vt reciperet speculum magnum, & ambularet cum eo versus eas, & cùm respexerint seipsas in speculo, mortuæ sunt. Fuit ergo quidam incredulus sermo Aristotelis. Nam Auicenna instans Aristotelem, si aliquis vidit eum, mortuus est. Vnde non est veritas in sermone, & dixerunt, si aliquis acciperet de lacte mulieris lactantis virginem suam, quæ est à bimatu, & ponatur in vitreo vase, & sepeliatur vel suspendatur in turri apud introitum columbarum & exitum, habitant & multiplicantur columbæ in ea, donec sint innumerabiles. Et dixerunt, quando os hominis

rest, & si quis vult, vt non vociferet gallus, caput eius inungat oleo, & frontem.

In libro Archigenis dicitur, quando cauilla leporis suspenditur super eum, qui patitur colicam, confert.

Et dixit Aristoteles, qui sedet super pellem leonis, recedunt ab eo hemorroidæ.

Et dixerunt Philosophi, si annularem abortiui suspendit super se mulier non concipit, donec permanet super illam. Et quando bibit mulier vrinam arietum, nunquam concipiet: & quando bibit sanguinem leporis, non concipit. Et si stercus leporis suspendatur super mulierem, non concipit, donec permaneat super ipsam, & origanum modo tantum, quando teritur & puluerizatur super locum formicarum, amittent formicæ locum suum.

Dixerunt Philosophi, si suspendatur caput capræ super illum, qui patitur scrophulas, sanatur per ipsum.

Et dicitur in libro decoriationis, accipe myr-

nec permanet ſuper ipſam.

Et dicit Galenus, quod quando folia aceto-ſæ comeduntur, ſoluunt ventrem. Et dicitur quòd radix acetoſæ ſuſpenſa ſuper labentẽ ſcrophulas, iuuet ipſum.

Et dicunt Philoſophi, quando vis vt redeat beſtia ad hoſpitium ſuum, line frontem eius cum ſepoſquilla, & redibit.

Et Ariſtoteles dixit in libro de Animalibus. Si ponat aliquis ceram contritam ſuper cornua vituli vaccarum, vadit cum eo vbicunque vult ſine labore, & ſi inungat aliquis cornua vaccarum cum cera & oleo aut pice, recedit dolor pedum earum. Et ſi quis delinierit caput tauri oleo roſarum, apoſtematur caput eius, & ſi liniatur cum eo caput vaccæ moritur Et ſi aliquis vnxerit linguam boum cum ſepo aliquo, non guſtabunt cibum, nec comedunt, ſed prius moriuntur fame, niſi abſtergatur cum ſale & aceto. Et ſi quis inungat anum galli oleo, non calcat gallinam, nec po-

teſt, &

quærat viros: Accipe priapum lupi & pilos palpebrarum eius, & pilos qui sunt sub barba eius, & combure illud totum, & da ei in potu ipsa nesciente, nullum alium volet. Et dixerunt, quando mulier non vult virũ suum, tunc accipiat vir eius aliquid de sepo hyrcorum mediorum inter paruos & magnos, & liniat cum eo priapum suum, & coeat, ipsa enim amabit eum, nec coibit postea cum aliquibus.

Et dixerunt, quod testudo quando venenatur, comedit origanum, & sanatur, & id eò sciuit, quod origanum succubuit cum veneno.

Dicitur etiam quod mustela, quando venenatur à serpente, comedit rutam, & sciũt ex hoc, quòd ruta est contrarium veneno serpentum.

Et mus suppositus punctur æ scorpionũ liberat, quia contrarius & nihil timens eum.

Dicunt Philosophi, quod si quis extraxerit calcaneum mulieris mustelæ, ipsa existente

myrrham, & line pollicem pedis dextri tui cum oleo de paleſtina trita, nam tunc ta concũbens; dum illud permanet ſuper pollicem. Et dicitur ibi, quod ſi tu accipis fel hirci & adipes, & ſicca vtraque, deinde tere ea & calefac ambo cum puro oleo, & line cum ea priapum in circuitu horæ coitus, & nullum alium expetet præter te.

Dicunt etiam Philoſophi. Si accipiatur medium pondus tres illius & quinque ex duobus teſticulis vulpium, & ex felle galli, permiſceat vtraque, & portet ea continuè tribus diebus in vulua, ſi in die quarta futuæ eam vir, impregnabitur à maſculo.

Si ſuſpendatur cauda adib ſupra præſepe vaccarum aut pecudum nõ appropinquabit lupus, donec permanebit illic, & ſi ſuſpẽditur cauda lupi aut pellis, aut caput, ſupra præſepe, non comedent boues, nec beſtiæ aliquid Et mulier, quæ ſe ſæpius inungit vrina adib, nunquam concipiet.

Si vis, vt mulier non corrumpatur, nec

quæ-

Et si homo comedit lentes & mordeat, non sanatur morsus, & quando intromittitur in anum arietis altis, siue alcit, cadit lana eius.

Dicitur etiam, quod si ligetur aliquis lapis cum cauda asini, non rudet, nec rugiet.

Si accipiantur pili asini qui sunt iuxta priapum eius, dentur alicui in potu triti cũ vino cui vis, incipit statim pedere.

Similiter si aliquis acceperit oua formicarum, & contriuerit, & proiecerit in aquam & dederit eam in potu cui vis, statim non cessat pedere. Similiter faciant cũ vino.

Et dicitur, quod si feceris annulum ex virga myrti recentis, & intromisceas in ipsum annularem digitum, sedat apostemata sub ascellis.

In libro Aristotelis radix Iusquiami albi, quando suspenditur super patientem colicam, confert ei: at quando hauriat nitrum salsum ponitur in vase & ponitur super

existente viua, & suspendatur super mulierem, non concipit, donec maneat super eam, & quando remouetur, imprægnatur.

Et inuenerunt Philosophi, quod si aliqua mulier est sterilis quando apponunt rem facientem sterilem, mulier non sit sterilis, & econuerso.

Si accipiantur duo testiculi mustelæ, & stringantur & ligentur in crucem mulieris, & habeat eos secum, mulier non concipiet: & dicitur quando spongia proijcitur in vino mixta aqua, deinde extrahitur & stringitur & exprimitur, egreditur aqua ex eo, & remanet vinum, & si non est mixtum, nihil egreditur.

Dicit Tabariensis, quòd si suspenditur lapis spongiæ in collo pueri, qui tussit tussi vehementi, sedatur tussis eius, & quando intromittitur in caput asiniaut anum scarabæus, sincopizat & non vertitur, donec extrahatur ab eo.

buritur, & quando volueris, vt quæ sunt in palatio videantur nigra, accipe de spuma maris, & calcaneo & permisce ea, filis, deinde humecta cum ea licinium, & illumina cum eo lampadem. Quando vis, vt quæ sunt in palatio, videantur sine capitibus, accipe sulphur citrinum cum oleo, & pone ipsum in lampade & illumina cum eo, & pone illud in medio hominum, & videbis mirum.

Et iterum dicit Belbinus, qui posuerit portulacam super lectum suum, non videbit somnium, nec visionem penitùs.

Et Aristoteles, dicit, quod equæ, quando odorant fumum lampadis extinctæ, abortiunt & indignantur, & similiter hoc accidit quibusdam mulieribus prægnantibus.

Dicit Aristoteles, quod si quis ingeniatur camelum coire cum matre sua, & ipse præsentis illud, ipse prosequitur eum, donec interficit eum, & ingenietur equum ascendere matrem suam, & præsentiat illud, in-

per ipsum acetum, bullit fortiter absque igne.

Dicitur etiam in libro Hermetis, quando proijcitur semen porri super acetum, redit acetositas eius.

Belbinus dicit, quando accipis albumen oui & alumen, & linis cum eo pannum, & ipsum abluis cum aqua salis sicca, cum prohibet ignem comburere.

Dicit alius quando accipitur arsenicum rubeum & alumen & teruntur & confficiuntur cum succo semperuiuæ & felle tauri, & linit cum eo homo manus suas, deinde accipiet ferrum ignitum, non comburit ipsum. Similiter si accipiatur ex magna & alumine iamenti & talo, & aceto forti & altea, & cõtriueris ea conritione bona, & linias cũ ea manus, non lædit eas ignis.

Et dixerunt in Carabe, quando multum teris ipsum, & fufflas versus lampadem cum sufflatorio, inflammatur ex eo ignis magnus, & ab eo nihil contactum com-

Et si acceperis pilum equæ, & extenderis ipsum super ostium domus, non ingreditur ostium illud sinifex, donec super eo stat pilus.

Et si suffumigas domum aut locum pulmone asini, mundas eam ab omni serpente & scorpione, & sciunt Philosophi ex hoc, quod valet contra venenum.

Tabariensis etiam dixit, si lingua vpupæ suspendatur super parietem, obliuionū reddit eum memorem & aliæ rationes.

Et in libro Cleopatræ dicitur, si mulier non delectatur cum viro suo, accipe medullam lupi de pelle sinistro, & porta eam, & nullum diliget nisi te Et dicitur, quando accipitur coxa strutionis masculi sinistra et bullitur cum oleo, deinde liniun:ur cum eo origines pilorū, nunquam renascuntur.

Dicit Architas, si accipiatur cor dum viuit, & suspendatur super patientem quartanam, eradicat eam.

Et spolium serpentis, quando stringitur

super

lud, interficit seipsum, & necat intendens ad hoc.

Et dicit Tabariensis, si accipiantur raphani & conficiatur.

Et dicunt Philosophi, quod si submergas muscas in aqua, videntur mortuæ, & si sepeliantur in cinere surgunt iterum, & quando submergis Aombor moritur, & rotetur super ipsum acetum, viuificatur, & quando sepelis scarabeum in rosis moritur, & si sepelis in stercore, viuificatur.

Dixerunt & Philosophi, quod quando pennæ aquilarum ponuntur cum pennis aliarum auium, comburunt illas & mortificant eas, sicut ipse est vincens in vita sua omnes aues & dominans. Pennæ aquilarũ sunt pernitiosæ omnibus pennis.

Et dicunt Philosophi, quod si ponatur in aliquo loco pellis ouis cum pelle adib, corrodit & consumit: & qui induit pannum ex lana ouis quam comedit adib, non cessat ab eo pruritus, donec exuat eum.

miſcetur lacriſi, cadit ſuper eum muſca, quæ non moriatur.

Si acceperis dextrum pedem teſtudinis, & ſuſpendis eum ſuper dextrum pedem podagrici, confert ei. Similiter ſi ſiniſtrum ſiniſtro, & ſic manus eius confers manui, & digitus digito Et ſi accendatur ignis coram ernieſo ex viridibus lignis ficulnearum, crepitant teſticuli eius.

Et in libro Hermetis oculi vrſi ambo cũ ligentur in panno lini ſuper adiutorium ſiniſtrum, remouet quartanam.

Et dicitur, quod ſi lupus viderit hominem, & ipſe non videt eum, ſtupeſcit homo, timet & rauceſcit Et ideò ſi quis gerit oculum lupi, iuuat ad victoriam, ad audaciam & debellationem & timorem aduerſarij.

Et dicitur, quod ſi fiat annulus ex albis vngulis aſini, qui induit ipſum epilepticus, non patitur epilepſiam.

Et dixerunt quando vis, ne approximẽt muſcæ

super ancham mulieris, accelerat partum: sed cùm parit, illicò remouetur.

Dentes omnium serpentium quando eradicas eos dum viuit serpens, & suspendãtur super quartanarium, tollunt ab eo quartanam: & si suspendatur serpens super dolentem dentem prodest, & si serpens super occurrit prægnanti, abortit: & si occurrit ei dum parit, accelerat partum.

Et dicunt si acceperis caninum dentem crocodili ex palato eius superiore sinistro, & suspendis eum supra febricitantem, sanat & redibit ad ipsum nunquam: & dixerunt, quod leo terretur ex gallo albo, & leo iterum timet ignem, & qui vnguitur cum seuo renum leonis, non timet ire inter bestias, et omnes bestiæ terrẽtur ex leone & qui linit corpus suum cum stercore lepo-ris, terrentur ab eo lupi.

Et si teritur arsenicum citrinum, & ad-

Et dicunt Philosophi, quod aliqua speci vel individuum, quæ nunquam habuit ægr tudinem, confert omni ægritudini: & cùm nunquam affuerit dolor aliquis, succurri & sanat hominem ab illo

Et si suspendatur spuma maris super co xam mulieris sinistram, accelerat partum et quando suffumigatur domus cum vngu la muli sinistra, non remanent in ea mus cæ.

Et si suspenditur cor vpupæ aut oculu aut cerebrum supra se ad collum suum, co fert oblitioni, et subtiliat intellectum ho minis.

Si mulier non potest concipere, accip cornu ceruinum pulverizatum, et misce tur cum felle vaccino, teneat mulier super se, coeat, et statim concipiet.

Seta de caudæ equæ posita super ostiu non permittit intrare zanzalas. Dens pulli vnius anni positus in collo infantis, facit ei ius dentes prouocari sine dolore.

Dens

muſcæ domo: tunc pone condiſim & opiam in albedine calcis, & inde albifica domum cum ea, tunc non egredientur muſcæ penitus.

Et quando vis, vt narret tibi mulier, vel puella tua omnia, quæ fecit, accipe cor columbæ & caput ranæ, & exicca vtraq;, & tere & pulueriza ſupra pectus dormientis & narrabit omnia, quæ fecit Dum verò euigilauerit, exterge illud à pectore, ne alleuetur. Et dicunt, quòd ſi quis imponit adamantem capiti mulieris dormientis, manifeſtat ſi eſt adultera: quoniã ſi ſic eſt, reſilit territa de lecto: & ſi non, amplectitur virum ſuum cum grandi dilectione.

Et dicunt, quod pellis aſini quando ſuſpenditur ſuper pueros, prohibet eos terreri.

Et dicit Architas, quòd ſi accipiatur cerumen auris canis ſiniſtræ, & ſuſpendatur febricitantibus periodicè, confert multum maximè quartanæ.

Si quæ mulier te ligauit maleficijs ad amorem ſuum, & vis illud diſſoluere, accipe camiſiam ſuam, & per capitium eius minge foras, & per manicam eius dextrã & non curabis de ea.

Vt mulier cum aliquo adulterari non poßit, incide de capillis eius, & puluerem illorum tibi ſuper feretrum ſparge; ante tamen vnge feretrum cum melle, & mox coeas cum muliere, & cùm volueris ſoluere, ex tuis capillis fac ſimiliter.

Et dicunt, ſi aliquis inungatur lacte aſinæ, congregabuntur in eo omnes pulices domus.

Litteras, quæ non leguntur niſi de nocte cum felle teſtudinis ſcribe, aut lacte ficus, ſi ponatur ad ignem, aut cum aqua vermis lucentis de ſero.

Si accipiantur multa albumina ouorum de gallina poſt menſem, fiunt vitrum, & dura, vt lapis: & ex hoc tale fit topacius ſophiſticatus, ſi prius cum croco vel terra rubea lineatur.

Simi-

Dens equæ positus super caput furentis, statim liberat eum.

Si mulier non potest concipere, detur ei nescienti lac iumenti, ea hora coeat, & statim concipiet.

Vnguis equi suffumigatus in domo effugat mures. Idem fit ex vngula muli.

Vt tota aqua calida exeat è calidario, atramentum, id est, terra franciſca cum pice proijce in aquam, & tota exibit. Vt ignis de aqua extra eat, testam bui accipe, & sulphur viuum tritum impone & calcem, & claude foramē, & mitte in aquā, & intenditur.

Et dicitur, quod si ponatur camphora super aquam, accenditur & comburitur in aqua.

Vt aues manibus compræhendas, accipe grana quæuis infece vini & in succo cicutæ valde imbibita, & obijce ad aues, omnis auis quæ inde gustat inebriatur, & perdit vires.

Si quis

ceram nouarum apum, & sanguinẽ asini, & tere omnia, & mitte in rudi olla plena de aqua, & facias bullire ad lentum ignẽ, et postea dimitte frigescere, & facias cereum, & omnis qui illuminabitur eo, videbitur sine capite.

Vt homines videantur habere quorumlibet animalium capita, accipe sulphur viuum & litargirium, & istis simul pulueriz atis, sparge in lampade oleo plena, habeantq; candelam de cera virginea, quæ permixta sit cum fece illius animalis, cuius caput vis, vt videatur habere tenens candelam accensam de lampadis igne, & da bibere vinum cum valdimonio, & illi qui inde potabunt, videbunt se habere caput animalis.

Vt homines videantur habere vultum canis: accipe adipẽ de aure canis, vnge ex eo parum de bombycine nouo, pone in lampade noua de viridi vitro, & pone lucernã inter homines, & cernunt vultum canis.

Vt ho-

Similiter ſpuma, quæ inuenitur circa te-
culos cerui vel equi vel aſini fatigati ad
ſceatur cum vino: & illud vinum detur
cui potationi, abhorrebit vinum per men
n.

Et ſi habuerit plures anguillas, in vaſe vi
& dimittantur, in illo mori: ſi quis bibe-
ex illo, abhorrebit vinum per annum, &
tè ſemper.

dicitur, quòd ſi accipiatur funis aliqua
n qua ſuſpenditur fur vel ſuſpenſus eſt,
aliquantulum paleæ quam turbo venti
ere ſuſpendit, & ponatur in olla, & miſ
tur cum alijs ollis illa omnes alias fran-
Item accipe aliquãtum prædicti funis,
e in inſtrumento cum quo mittitur pa-
in furno, quando ille, qui mittere debet,
urno mittet, non poterit immittere, ſed
ra exiliet.

Vt homines videantur ſine capitibus,
pe ſpolium ſerpentis & auri pigmen-
& picem græcam, rephonticum, &

ceram

tecum duos socios in quinto calendas Nouêbris: & vade in quoddam nemus cum canibus quasi ad venandum, & illam bestiam quam primò inueneris, defer tecum ad domum, & præpara cum corde vulpis, & statim intelliges voces auium vel bestiarum, & si vis, vt aliquis intelligat, oscula eum, & intelliget similiter.

Si vis soluere vincula, vade in syluam & prospice, vbi pica nidum habuerit cum pullis, & quando eris ibi, ascende ad arborem & foramen eius circumliga quocunq; vis, quia cùm videt te, vadit pro quadam herba, quam ponit ad ligaturam, & statim rumpitur, & tunc cadit herba illa interrã super pannum, quem debes posuisse sub arbore, & tu sis præsens & accipe.

In nido vpupæ est quidam lapis, qui est diuersorum colorum, defer tecum ipsum, et eris inuisibilis.

Vt homo semper eunuchus sit, accipe ex [illegible]rmiculo, qui in æstate lucet, & da ei bi-

re.

Vt mu-

t homines videantur habere tria capi-
accipe de pilis asini mortui, & fac funi
um, & sicca, & sume medullam de osse
incipalis dextri humeri, & misce cum
ga virginea, & line funiculum, & po-
superliminaria domus: ingredientes do-
um tria capita habebunt, hi qui in domo
nt, intrantibus asini videbuntur.

Si vis, vt caput hominis caput asini vi-
atur, tolle de segmine aselli, & vnge ho-
inem in capite.

Si vis, vt pullus aut alia res saltet in di-
, accipe argentum viuum & puluerem
lamitæ, & mitte in ampullam vitreā
illatam, & illam pone intra rem cali-
m quia cùm sit argentum viuum, calidū
ouet se, & faciet eam saltare.

Si vis videre, quod alij nequeunt,
cipe fel de masculo catto, & adipem gal
næ omnino albæ, & misce insimul, & o-
los tuos inunge, & videbis.

Si vis intelligere voces auium, associa

secum

fi portas, & fit larga sub terra deintus. Nam omnes, qui sunt in mansione, videbuntur quasi ipsi sint homines magni in formis equorum, elephantum, & est mirabile valdè.

Suffumigatio alia, quam cùm facis videbis foris & multiformes, & mirabilia infinita, quæ præ multitudine non discernuntur: accipe Timar, id est, vermilium, & lapidem Lazuli, pulegium montanum, & pulueriza totum, & cribella illud, & confice illud, & cum pinguedine delphini, vel equi, vel elephantis, fac grana in modum ciceris, & sicca in vmbra, & suffumiga in eo quando volueris, & fiet quod dictum est.

Suffumigatio ad videndum in somno, quod futurum est de bono & malo.

Accipe sanguinem asini congelatum, & lupi cerini pinguedinem, & storacem, aggrega totum ponderibus æqualibus, & conficiantur & fiant grana, & suffumi-

getur

Vt mulier confiteatur, quæ fecerit, ranam aqualem comprehende viuam, & tolle eius linguam, & remitte illam in aquam, & pone illam linguam super partem cordis fœminæ dormientis, quæ cùm interrogetur vera dicit.

Si vis aliquem terrere in somno, capiti eius suppone pellem simiæ.

Si vis capere talpam, pone in foramine eius cepe, vel porrum aut allium, & statim egredietur sine viribus.

Serpens non accedit ad allium, nec canis gustat aliquid tinctum cum allio.

Suffumigatio quam cùm feceris, videbuntur omnes in forma elephantum, qui sunt in domo equorum magnorum. Accipe speciem quæ dicitur Alchachengi, & contere & confice ipsam cum aliquantulo inguedinis delphini, & fac ex eo grana sic citri. Deinde fumiga ex eis super ignem stercoris vaccæ, quæ mulgetur, & non sit domo locus, ex quo egreditur fumus ni-

ne aliquid de oleo, & illumina cum eo in lampade viridi, & pone ipsum coram hominibus, qui sunt in æde: ipsi enim videbunt se in forma angelorum ex igne accenso.

Licinium aliud faciens apparere homines nigrarum specierum, accipe lampadem nigram, & funde super ipsum oleum sambucinum vel argentum viuum, & funde in oleo vel argento viuo ex sanguine flebetomatium, & pone in illo sanguine sambucinum vel argentum viuum.

Aliud fit licinium ex pannis mortui, aut ex pannis nigris, & accende in medio ædis. Nam tu videbis ex hominibus mirabilia, quando videbunt se ad inuicem cum illis formis.

Lampas mirabilis in qua apparent res quantitatis terribilis, habens in manu virgam & territ at hominem, Accipe ranam viridem, & decolla eam supra pannum exequiarum viridem, madefac ipsum cum oleo sambucino, & pone ipsum licinium. & illumi-

getur cum eis domus. Tu enim videbis in somno tuo qui narrabit tibi omnia.

Modus faciendi licinium, quod quando accendes videbis homines in quacunque forma volueris. Accipe oculos bubonis, et oculos piscis, qui dicitur affures, et oculos piscis, qui dicitur libinicie, et fel luporum. Contrita ergo à manibus commiscendo, et pone ea in vase vitreo. Cùm ergo vis operari eum, accipe adipem cuiuscunque vis bestiæ, quòd fiat hoc in forma eius, liquefac eam, et permisce cum illa medicina, et inunge cum oleo licinium quodcunque vis, deinde accende ipsum in medio ædis, videbuntur enim omnes homines in domo illa in forma illius bestiæ cuius pinguedinem accepisti.

Licinium aliud, vt homines appareant in forma angelorum, accipe oculos piscis, oculos filoæ, id est, frangentis ossa, et contrita eos manibus misceande, et pone eos in vase vitreo septè diebus, deinde in eis po-

de lino ipsũ cũ eo quod feciſti, et illumina ipſum in lampade viridi cum oleo ſambucino, & accende ipſum in domo, & non ſit ibi licinium præter ipſum, & videbis mirabile.

Licinium pulchrum, vt domus videatur tota plena ſerpentum & imaginum, donec licinium permanet accenſum. Accipe pinguedinem ſerpentis nigri, & ſpolium ſerpentis nigri, & pannum exequiarum, & fac licinium ex illo pãno, deinde line ipſum cum illa pinguedine, & pone ſpolium ſerpentis in concauitate eius, & illumina cum oleo ſambucino in lampade viridi aut nigra

Aliud licinium, quod quando eſt accenſum & infunditur ſuper ipſum, aqua inualeſcit: & quando oleum extinguitur, accipe calcem, quam non iniuit aqua, & permitte eam cum æquali pondere ſibi ex cera & medietatis eius ex oleo balſami, ex napta ci trina, cũ æquali ſibi ex ſulphure, fac licini-

illumina cum eo in lampade viridi. Nam tu videbis nigrum ſtatum, inter cuius manus erit lampas & mirabile

Lampas quam cùm aliquis tenet in manu non videt aliquos eorum qui ſunt ibi, et qui fuit poſt ipſum, videbit tantũ. Accipe piſcem, qui dicitur delphinus. Deinde accipe pannum lini aut funeris, & ſparge ſuper ipſum aliquid extra azimar, deinde funde ſuper illud ex illa pinguedine liquefacta. Deinde ſtringe manũ ſuper ipſum, & inuolue pannũ, & fac ex eo licinium, deinde accẽde ipſum in lampade, & eris viridis, & fiet quod tibi dixi.

Lampas alia faciens apparere homines in forma fœda, & terrentur homines inuicem, & faciunt ipſum fingentes dæmonem, accipe pilos ex cauda canis nigri in quo non ſit albedo, & aliquid ex pinguedine eius, liquefac pinguedinem: Deinde accipe pannum exequiarum, & fac deinde licinium, dein-

codili, & confice ipsam cum cera albificata in sole, & fac ex eo licinium, & illumina cum eo in loco vbi sunt ranæ, & cùm viderint istud, statim tacebunt.

Lampas alia cùm accenditur, vident se inuicem astantes sicut imagines & lapides, accipe zimat & tere bene, & accipe pannũ funeris, & madefac ipsum cum pinguedine piscis, aut cum oleo sisamino puro, pone ipsũ in lampade viridi, & pone super ipsum ex illo medicamine contritorem paruam, et fit mirabile. Licinium, quòd cùm accenditur, non cessant saltare et gaudere et insanire gaudio, et maximè mulieres, et accipe sanguinem leporis et sanguinem cuiusdam auis, quæ dicitur Solon, et assimilatur turturi, et æquale medietatis eius ex sãguine turturis maris. Infunde ergo eum in licinium, et illumina cum eo in medio domus, in qua sunt cantatrices et puellæ, et est mirabile et probatum.

Si vis facere, quod in strato hominis appareant

nm ex ea, & rora ſuper aquam, & accen detur, & rora ſuper ipſum oleum & extinguetur.

Licinium aliud, quod cùm accenditur, omnia videntur alba & argentea: accipe lacertam & abſcinde caudam eius, & accipe quod exit quia eſt ſimile argenti viui. Deinde licinium & madefac cum oleo, & pone ipſum in lampade noua, & accende, domus eius videbitur ſplendida et alba vel deargentata

Operatio lampadis eſt mirabilis, quam ſi quis tenuerit, non ceſſat pedere, donec dimiſerit eam: accipe ſanguinem teſtudinis, exicca ipſum in panno lini, & fac ipſo licinium, & illumina ipſum in lampade: da ipſum cui vis, & dic illumina, nam ipſe non ceſſabit pedere donec dimiſerit illud, et eſt mirabile.

Lampas, quæ cùm accenditur in loco ranarum, nulla ſonat, ſed omnes ſilent, donec fuerit accenſa, accipe pinguedinem cro-

Si vis vt res proiſciatur in ignem, & non comburatur, accipe gluten piſcis partẽ vnam & aluminis æquiuale, illi permiſceatur totum, & fundatur ſuper ipſum acetũ vini, & commiſceatur cũ eo quicquid vis, proiſce in ignem, line cum hoc linimento, non comburetur.

Si vis facere contrarium, ſcilicet imaginem aliquam hominis aut alterius, & quando ponitur in aqua accenditur, & ſi extraxeris eam, extenuetur: accipe calcem non extinctam & permiſce eam aliquantulo ceræ & oleo ſiſami & napta, id eſt, terra alba, & ſulphure, & fac ex illa imaginẽ: nam quando turorabis aqua, accendetur ignis.

Si vis facere, vt quando aperis manus tuas ſuper lampade extinguatur lumen, & quando claudis eas ſuper eam accenditur, & non ceſſat illud facere, Accipe ſpeciem, quæ dicitur ſpuma Inda, tere eam, & deinde confice eam cum aqua camphoræ: & line

pareant pediculi scaturientes, vt non possit homo dormire, tunc proijce in lecto eius pondus vnciæ vnius vel mediæ Alkakkengi, & si acceperis pilos Asturis, fiet inde licinium, quod quando accenditur, vident se inuicem omnes infirmos ex vehementia infirmitatis, & extenuationis.

Accipe locustam citriniam, & exicca ipsam, & tere, & pone in panno exequiarũ, et incende ipsum oleo sambucino in quocunque loco fueris, erit quod tibi dixi et mirabile.

Quando vis, vt videaris totus ignitus à capite vsque ad pedes, et non lædaris: accipe maluauiscum album, confice cum albumine ouorum, deinde line cum eo corpus tuum et dimitte, donec exiccetur, et deinde line te cum alumine, et postea pulueriza illud sulphur subtile, inflammatur enim ignis in eo, et non lædit, et si facis super palmam, poteris tenere ignem sine læsione.

eo in charta aut aliquod, quod plus amas, et proijce ad serpentes.

Si vis portare in manu tua ignem, vt nō offendat, accipe calcem dissolutam cum aqua fabarum calida, et aliquantulum magranculis et aliquantulum maluauisci, et permisce illud cū eo bene, & deinde line cū eo palmam tuā, et fac siccari, et pone in ea ignem, et non nocebit.

Dicunt Philosophi, calx tale non comburit in igne, et gluten piscis saluat ab igne, et alumen iametum, et sanguis salamandræ, et fuligo furni vel lebetis: quando igitur ex istis omnibus aut quibusdam fit linimentum, non offendit ignis: albumen oui, et maluauiscum, habent iuuamentum in hoc.

Si vis vt tota domus appareat plena serpentibus, accipe de pinguedine serpentis et parum salis in ea pone, et accipe pannum exequiarum, et scinde ipsum in quatuor frusta, deinde pinguedinem, et pone ipsam in omni panno: sic facias quatuor li

cinia

ne cum ea manus tuas, deinde aperies in facie lampadis, delebitur lumen eius, & laude; et reaccendetur.

Si vis videre rem submersam & profundam in nocte, & non occultetur tibi plusquam in die, legis libros de nocte nigra. Unge faciem tuam cum sanguine vespertilionis, & erit quod dico.

Si vis albificare aliquid, suffumiga illud sulphure.

Si vis, vt arbor citri proijciat omnes fructus, vt cadant. Accipe quinque partes sulphuris citrini, & quinque nigri & duo albi, & sinabrum, tere omnia, & permisce, & suffumiga, & cadent omnes fructus, forte est in alijs arboribus.

Si vis statim interficere serpentem, accipe ex aristolochia rotunda quantum vis, & tere illam bene, & accipe ranam syluestrem vel campestrem, & contere ipsam, & commisce eam aristolochiæ, & pone cum eo aliquid ex incausto, & scribe cum

eo

quæ cùm accenditur agitatur & ambulat; accipe cutẽ lupi, & cutem canis, & fac ex vtrisque licinium, & accende ipsum cum oleo oliuæ, et statim mouebitur.

Quando vis accendere lucernam, ex qua valdè timeat, eam, accipe pānum lini nouũ albũm, et fac ex eo licinium, et pone in concauitate eius cutem serpentis et salem grossum, et sacra ipsum oleum oliuæ, et da cui vis, et statim cùm accensum fuerit, ipsum trepidabit, et timebit valdè.

Dicunt Philosophi, quod synciput est prima pars capitis, et ex syncipite hominis parum post mortem generatur vermis, cumque prætereunt ei dies septem, vermes illi sunt muscæ, et post quatuordecim dies sicut dracones magni, quorum vnus si momorderit hominem, morietur statim: quòd si tu acceperis ex ea, et coxeris illud cum oleo, et feceris ex ea candelam in lucernam, cum licinio ex panno exequiarum, videbis ex eo rem magnam, et for-

inia, & accende ea in quatuor angulis domus, cum oleo ſambucino, & in lampade noua, & fiet quod dixi.

Liciniam, quod cùm accenditur in domo, videbis res volantes virides, vt paſſeres & aues, accipe pannum exequiarum recentem, & pone in eo cerebrū auis & pennas caudæ eius, & inuoluendo fac ijs licinium, & pone ipſum in lampade ex noua viridi, accende ipſam in domo cum oleo oliuæ, & quæ res erunt in domo, fient virides valde, & videbitur quaſi volant virides & nigræ.

Vt domus videatur tota viridis, & plena ſerpentibus & imaginibus timoroſis, accipe cutem ſerpentis, & ſanguinem alterius ſerpentis maſculi, & adipem alterius ſerpentis, aggrega illa tria, & pone ea in panno exequiarum, & accende ipſa in lucerna noua.

Si vis facere candelam vel licinium,

qua

ſicum aqua fabarum calida calx diſſoluatur, & modicum tere rebeæ de miſtina, poſteà parum maluauiſci adijcias, quibus in ſimul coniunctis vel commixtis in palmã illinas, et deſiccari permittas: ſic enim ignem quolibet illæſus portare poteris. Et eſt verum et experimentatum.

Aquam ardentem ſic facias, recipe vinum nigrum ſpiſſum, potens et vetus, et in vna quarta iſtius diſtemperabis viuæ calcis, ſulphuris viui ſubtiliſſimè pulueriʒati tartari de bono vino & ſalis communis albi groſſi, poſtea pones in cucurbita bene lutata, & deſuper poſito alembico, diſtillabis aquam ardentem, quam ſeruare debes in vaſe vitreo.

Ignem græcum ſic facias, recipe ſulphurem viuum, tartarum ſarcocollam, picolam, ſal coctum, petroleum, & oleum commune, fac bullire bene, & ſi quid imponitur in eo, accenditur, ſiue lignum, ſiue ferrum & non extinguitur niſi vrina, aceto vel arena.

Si vis

as, quæ narrari non possunt cum timore rti.

Experimentum mirabile, quod facit homines ire in ignem sine læsione, vel portare gnem, vel ferrum ignitum sine læsione in anu. Recipe succum bismaluæ, & albumen oui, & semen psilij, & calcem, & ulueriza, & confice cum illo albumine ui, succum raphani commisce, et hac confectione illinas corpus tuum vel manum, & dimitte siccari, et postea iterum illinas, & post hoc poteris audaciter sustinere ignē ne nocumento.

Si autem velis, vt videatur ardere illid linitum, asperge de sulphure viuo bene ulueriza to, & videbitur comburi, cùm cendetur sulphur, et nihil ei nocebit: si flammam cādelæ, quā quis tenet in manu lophiniam vel picem græcā insufflaueris ubilissimè tritam, mirabiliter auget gnem, & vsque ad domum porrigit ammam. Vt ignem illæsus pertare pos-

si

quid & hoc debile agens aut fortißimum, & materiam valde indiſpoſitam, & faciunt ſimiliter homines aſpicere ad illam cauſſam, quæ non videtur poſſe illud facere, & de illa nihil dicunt. Et tu nota iſtud, quod ſecundùm iſtum modum incidit multitudo experimentorum multorum mirabilium: & de hoc narrabo tibi quædam iſtorum, vt confirmeris in virtute prædicta, & ſcias etiam excogitare ingenia experimentorum.

Si vis facere carbunculum, vel aliquam rem lucentem in nocte, recipe noctilucas lucentes quamplurimas, & ipſas contritas pone in ampulla vitrea et claude, in fimo equino calido ſepelias, et dimitte morari per quindecim dies, poſtea diſtillabis ex eis aquam per alembicum: quam repone in vaſe de cryſtallo aut vitro. Tantam enim præſtat claritatem, quod in loco obſcura quilibet poteſt legere et ſcribere: quidam faciunt hanc aquam ex noticulis

felle

Si vis facere, quòd cesset omne mirabile, respice alias causas, scilicet agentem sufficiens etiam patientem, quoniam si vtrumque respicis, non miraberis, quia videbis tantam aptitudinem esse in vna sufficientia alterius, quod non facit admirari: quando enim vides, quòd aqua frigida accendit ignem, & non extinguit ipsum, si tu respiceres causam agentem, mirareris semper, quia esset efficiens conueniens ad hoc, sed quando tu respicis materiam illius effectus, vt puta, quia est calx & sulphur, quod est valde inflammabile, ita quod nimis ignẽs inflammat ipsum, tu vides quod nihil est mirabile.

Similiter quando res aliqua si comburitur igne, mirabile est, quando vna de causis, inspicitur sola. Sed quando scitur natura patientis aut debilitas agentis, nihil mirum: maxima ergo radix experimentorum naturalium est in hoc, scilicet, vt eligas materiam paratissimam ad ali-

serpens sibilabit, ad cuius clamorem omnes cõcurrent. Et sic etiam de muribus intelligatur.

Nota, quòd si coxeris vnum serpentem vel vermem, & de grossa illius vermis detur alicui comedere, intelliget quando canunt. Hoc probatum est.

Legitur etiam, quòd herba saponaria lauat maculas vnctuosas de pannis.

felle testudinis, felle mustelæ, felle furonis, et canis aquatici, sepeliunt in fimo, et distillant ex eis aquam.

Aquam ardentem sic facias, recipe serẽtinam, quam distillabis per alembicum, velut aquæ ardens exibit: etiam misce vino, aut cui vis, et accenditur, si appropinquas ei candelam.

Ignis volans, accipe libram vnam sulphuris, libras duas carbonum salicis, libras sex salis petrosi: quæ tria subtilissimè terantur in lapide armorei, postea aliquid posterius ad libitum in tunicâ de papyro volanti, vel tonitruum faciente ponatur.

Tunica ad volandum debet esse longa, gracilis, puluere illo optimè plena, ad faciendum verò tonitruum breuis, grossa et semiplena.

Ad congregandum mures vel serpentes, accipe serpentem in aliquo vase multis foraminibus perforato inclusum, et accende ignem de stipulis in circuitu statim,

INDEX.

Capit. 1. De natura Falconum in genere.

Capit 2. De colore falconum.

Capit. 3 De proprio actu falconum secundùm genus suum.

Capit. 4. De vocatione qua vocant & vocantur falcones.

Capitul: 5. Quod 17 sunt genera falconum, & de primo quod Sacrum vocatur

Capit 6. De genere falconum; qui gyrofalcones vocantur.

Capit 7. De genere falconum quod vocatur Montanarium.

Capit. 8. De falconibus qui peregrini dicuntur.

Capit. 9. De gibboso genere falconum.

Capit. 10 De falconibus nigris.

Capit. 11. De natura falconis albi.

Capit. 12. De natura falconum rubeorum.

Capit. 13. De falcone qui habet pedes azurinos.

Capit.

ALBERTVS MAGNVS DE FALconibus, Asturibus & Accipitribus.

Ex Libro eius XXIII. de Animalibus.

accipitrum & regimine aucupij.

Capit. 23. De regimine omnium auium rapacium, secundùm Aquilam, Symachum & Theodotionem.

Capit. 24. De alijs duobus generibus falconum, & de locis habitationis eorum, & de definitione accipitrum.

Capi-

INDEX.

Capit 14. De falcone paruo qui Mirle vocatur.

Capit.15. De genere falconum qui Lanarij vocantur.

Capit.16 De generibus permixtorum falconum, & de modo ipsius commixtionis falconum.

Capit.17. De regimine domesticationis, & regimine audaciæ; & regimine sanitatis falconum.

Capit.18. De curis infirmitatum falconum diuersis, secundùm Guillelmi falconarium.

Capit.19. De curis infirmitatum falconum, secundùm falconarium Frederici Imperatoris.

Capit.20. De regimine accipitrum & infirmitatibus, secundùm experta Frederici Imperatoris.

Capit.21. De regimine asturũ, secundùm experta Guillelmi.

Capit. 22. De regimine domestrationis

in genere omnibus conueniēs, grossius habere caput, & collum breuius, & similiter breuius rostrum, & pectus majus, cum osse pectoris acuto, & alas longiores, & caudam habere contractiorem, & crura breuiora & fortiora habere, respectu sui corporis, cæteris auibus rapacibus. Horum autem membrorum dispositionem determinantes, definimus ea quæ cō ueniunt generi falconum respectu aliorum generum auium rapacium, quia licet dixerimus caput debere esse grossum, non tamen enormitas capitis laudanda est, eo quod hoc accedit ad figuram auium noctuarum, quæ omnes capita habent enormia, & sunt timidæ, eò quod enormitas capitis earum potius indicat materię superfluitatem quàm virtutis magnitudinem, & similiter est intelligēdum de capite rotūdo, non enim om-

Capitulum 1. De natura Falconum in genere.

EAlconum naturam, quam multi ſcire cupiunt, ſubtilius deſcribere cupiẽtes, primò naturam generis eorum deſcribemus: Deinde diuerſitatem deſcribemus ſuarum ſpecierum, & tertio de diſciplinis aucupandi cum eis ponemus, & quarto & vltimo infirmitates auium rapaciũ omnium, cum ſuis congruis medicinis adiungemus. Incipientes ergo dicimus, quod genus falconum quattuor habet propria, quibus ab omnibus alijs rapacibus auibus diſcernitur, primum eſt figura corporis, ſecundum calor, tertiũ proprius actus, & quartum ſonus vocis: figura enim

giditati aut ſiccitati melancholicæ, cum virtutis diminutione, & accedit ad proprietatem noctuarum, & ſicut diximus in phyſiognomia, non poteſt eſſe quod aliquod animal participet figuram alterius, & non habeant aliquid de moribus eius ſecundùm naturam. Similiter autem licet dicamus crura ſecundùm naturam falconum debere eſſe curta, tamen coxas longas in eis laudant omnes qui naturam norũt falconũ, quia cùm crus moueatur ex coxa, ſi coxa eſſet curta, diſpoſitio eſſet cõplexionis frigidæ & malæ. Sit igitur coxa longa & bene pennata, & crus curtum & pes bene patulus & digiti fortes, & præcipuè in nodis articulorum, & vngues fortes, & magis aliquantulum ad interius pedis curuati. Omni autem eodem modo, determinantes caudæ breuitatem ſecundùm genus, compara-

nino rotundatur caput bonum alicuius animalis, eò quod in cõcauo sphę rico nimis diffluunt spiritus, & malè adunantur, sed cùm in asture anterius capitis elongatum, stringatur paulatim & terminetur in rostrum, sicut & aquilę caput stringitur, caput naturale falconis non prolongatur, nec stringitur, ita quod rostrũ quasi videtur sphærę appositum, & frons eius ex rotunditate dilatatur, & superius cranei planum deficiens à rotundo, & maxillares partes bene rotũdę & curtæ, talis enim dispositio est humidi cholerici bene mobilis & bene audacis, quia etiã falconis inter aues propriũ est citò moueri in prædã, & nõ discernere, & plus audere quã possit. Similiter aũt dico de colli breuitate. In genere. n. breuiatur collũ falconis pluſquã aquilæ & asturis & nisi, sed immoderata breuitas vituperatur, ga attestatur aut phlegmaticę

riori colli, & exteriori alarū, & in exteriori caudæ, & in alijs esse plenum varietate quasi virgulatim descendēte, interruptis quinq; virgulis, & ista varietas semper quidem habet nigredinem pro colore vno, sed in primo anno secundus color est rufus remissæ rubedinis, & secundùm quod sæpius mutatur, magis & magis albescit. Color autem oculorum est vehementis croceitatis, ita quod rufedini appropinquat, & acies siue pupilla nigra, & color pedum optimus croceus, multum vergens ad albedinem, & quò minus albescunt, eò ignobilior est falco, & si vergunt in hyacinthinum colorem siue saphyrinum, est color ignobilis non significans nobilitatem, eo quod ille color fit ex respersо fumo terrestri super pellem pedum, & attestatur pigritiæ & timiditati melancholicæ,

& id-

paratione habita ad astures & nisos loquimur, nimia enim breuitas in similitudinem vergit zuetæ & bubonis nocte volantium. Sit igitur lõgitudo ita, quod compositæ alæ se super caudam attingant, vel ferè attingant, in extremo longiorum anteriorum pennarum; & ab illa coniunctione cauda non multum descendat, nec dependeat sicut asturis cauda vel nisi, quia longitudo caudæ super humorem nuchæ descendentis, attestatur & timiditatem designat.

Capitulum 2. De colore falconũ.

COlor autem falconum generi conueniens, est in facie habere maculas nigras in maxillis, & albas circa foueas oculorum, vtrinque ex vtraq; parte rostri, & cilia habere nigra, & cinereum subnigrum colorem in craneo, & dorso, & superiori

Capitulum 3. De proprio actu falconum secundùm genus suum.

PRoprius actus falconis inter aues rapaces, est impetu ferri in prædam, & ideo cauendum est falconario ne statim falconi prædam ostendat, sed potius aue aliquātulum remota dimittat falconem, ne se subitò præcipitet Cùm autem prædari vult, est falconis celeri volatu ascendere, & compositis vnguibus ad pectus impetu in auem descendere, ita forti conatu, quod sonum quasi torrentis venti descendens excitet, & tali impetu ferit, non diametraliter siue perpendiculariter descendens, sed ex obliquo, quia tali descensu percutiens, incidit vnguibus longū vulnus, ita quod aliquando au[illegible] àca-

pit

& ideo tales falcones eleuati in altū stant suspensi, & antequam ictum dent euadit ab eis præda, & si quandoq; tales boni inueniuntur falcones, fit ex multo labore & exercitio, sicut etiã aliquando homo iners per naturam, efficitur bonus exercitij studio In dictis tamen coloribus pedũ & pennarum differunt falconum species, sicut patebit in sequentibus, sed secundùm genus, is qui dictus est color est falconũ, tam in toto quã in partibus, & is quidem qui est in capite, secundùm aliquid conuenit quibusdam nocte volantibus rapacibus auibus, & in tantum appropinquant generositati falconũ, sed quia figura magis indicat cõplexionẽ quã color, ideo remouẽtur simpliciter à falconũ nobilitate, hæc igitur de colore dicta sunt.

Capit.

quia verò falconis est ictu pectoris percutere, dedit ei natura in anteriori lati ossis in pectore, additamentũ triangulare forte, cuius prominens & rectus angulus est in superiori pectoris, & est durus valde angulus & fortis, & super illum sunt vngues pedum, & posteriori vngue findit quod percutit. Subitò igitur in præceps descendens est optimus. Stans autem in alto suspensis alis, degenerat in naturam auium quæ lanarij à philosophis, à vulgo autem germanicè Svvemere dicuntur. Venatur autẽ solus bonus falco, & est actus eius qui dictus est, sed melius venatur cũ socijs vel socio, quia in ascendendo vel descendendo necesse est moram fieri, & in illa elongatur præda si socius non impediat, & hæc est causa quod licet falco auis iracunda sit, sicut & omnes alię rapaces aues, & diligat

pite vsq; ad caudam diuisa decidit, & aliquando toto capite truncato inuenitur. Cùm autẽ inter omnes duos motus duæ sunt quietes necessariò, & motus falconis sit motus ascensionis, & descensionis, est boni falconis inter ascensionem & descensionem quasi nihil quietis interponere, sed postquam descenderit aliquando auem inferius volando præuenire & impedire, donec à socio qui ascendit feriatur: sic enim optimum fit aucupium, quando duo socij falcones vel plures se inuicem ad inuicem adiuuant, fit etiam nonnunquam quod superior falco superius sequitur auem, donec videat eam esse in proportionato situ percussionis, sed multum cauendum est, ne quasi alis suspensis stare assuescat, quia hoc signum est timiditatis, & quod non nisi reptilia terræ audeat inuadere;

DE FALCONIBVS

Capitulum 4. De vocatione, qua vocant & vocantur falcones.

SOnus autem vocis falconum generaliter est grossior & prolixior, & ab acuto in grauius procedens, quàm asturum vel nisorum, & cùm reclamantur à falconario nõ sibilo, sed voce magna ad modum reclamationis canum reclamãtur, nec reuocantur ad modum canum, sed potius circũducitur in chorda quiddam ex quattuor alis vel pluribus ad modum auis colligatum, cui caro recens superligatur. Falcones tamen aliquando nimis vocant, & tunc aut iracundi sunt, aut nimis macie confecti ex cibi subtractione, & tunc vel capitegio sunt obumbrandi si iracũdi sunt, vel amplius reficiendi si macie

gat quod sit solitaria, tamen propter adiutorium tempore venationis diligit socios, & condiuidit cum socio prædam sine pugna, quod non facit astur vel nisus. Iste igitur falconis est proprius actus omni falconi secundùm genus conueniens. Et quia sicut diximus temere attentat omne quod obuiat, oportet falconem habere mitram oculos tegentem quando defertur in manu, & tempus non est volandi, ne nimis conetur ad volatum, quia cùm sit bonæ alæ, frequẽter volare desiderat, & ideo retardandus est à falconario; huius etiam alia causa est, quia cũ oculos clausos habet, & postea mitra deposita aliquid apparet, quasi ex admiratione citius inuadit & magis audacter, & etiã ex hoc quietius domatur ad homines, & obliuiscitur societatis alienæ.

bis comedentibus super mensam venibant, in radio solis se extendentes coram nobis, quasi blandirentur nobis, & quando venandum erat, in tectis stantes & fenestris exibant, in aëre super homines & canes volantes ad campum, & quando volebat falconarius redibant ad reclamatorium. Si autem non bene domiti sūt, tunc causſa propter quam non redeunt est horror hominis, & in illis cauendum est, ne dimittantur nisi tēpore famis, quia tunc consuescunt redire ex cibi desiderio Hæc igitur de voce qua vocant falcones, & de voce ea qua vocantur à nobis dicta sunt in tantum.

Capi-

cie sunt confecti, quia nocet multũ ad aucupium quando falco nimis clamat, eò quod ad clamorem eius fugiunt aues antequam falco in proportionali sit distantia ad capiendũ. Similiter etiam quandoq; cùm reclamantur à falconario non redeunt, & maximè falcones qui dicuntur montanarij, & hoc contingit ex duabus causis, quarum vna est indignatio iræ suæ quod fortè euasit præda sua, alia est nimia repletio, propter quam cibum fastidit, & tunc si à bono falconario nutritus est à iuuentute sua, non oportet multum curare, quia deposita indignatione iræ, aut postea esuriens domum redibit, hoc enim fidelitatis habẽt falcones & nisi, quod bene nutriti, & edocti ad domiciliũ reuertuntur sicut columbæ. Ego enim tam vidi falcones qui sine ligaturis intrabant & exibant, & no-

habet grossa & nodosa, vngues crudeliores quàm aquila, aspectum terribilem, oculos valde flammeos, ex citrino in rubedinem declinantes, caput magnum & rostrum fortissimum, iuga siue complicationes alarum magnas, & quasi superexhibitas, & hoc solum inter falcones habet caudam longam, est autem in magnitudine aquilę ferè, & sub ipso nec aquila volat, nec aliqua auium rapacium propter timorem, sed statim vt viderint sacrum cæteræ aues, clamãtes, fugiunt ad condensa arborum, vel ad terram, & potius permittunt se manibus capi quàm ad aërem liberum veniant. volant autem duo simul, & ideo domestici efficiuntur, quod in vna pertica sedent, & sequũtur hominem, ac si nesciant esse nisi cum homine, & non est auis magna quam non statim deijciant, nec

vnam

Capitulum 5. Quod 17 ſunt genera falconum, & de primo quod ſacrum vocatur.

QVę autem ad nos deuenerunt, ſunt decem genera falconum nobilium, & tria alia genera ſunt ignobilium falconum, & tria ſunt mixta ex nobilibus & ignobilibus, & vnum quidem mixtum, quod quia non omnino eſt ex ignobili parente valde inuenitur efficax ad venandum. Primum autem genus nobilium falconum eſt quod quidam ſacrum vocant. Symachus autem vocat ipſum Brittannicum, & quidam vocant ælium, quaſi ærinum falconem. Quidam autem hoc dicũt aeri philũ, quaſi aërem amantẽ falconẽ, & de hoc ſuperius diximus ꝙ amat altè volare, indignãs ad parua, crura

uenire, tam in guttis faciei quàm in figura, quàm etiam in proprio actu & voce, sed vox eius est & certifica, & rarò vocat, & cùm reclamatur, oportet quod reclamans ipsum altè clamet & voce sonora, eò quòd altè & longè volat, & quod reclamatorium sit valde magnum, vt longè videri possit. Si tamen non citò redit, non erit periculum, quia per seipsum redire consueuit ad domicilium, hoc igitur est genus falconum nobilissimum & primum.

Capitulum 6. De genere falconum, qui gyrofalcones dicuntur.

GEnus secundum nobilium falconum est gyrofalconum genus, à sacrorum genere proxi-

vnam sufficit eis deijcere, sed quot-quot obuias habent deijciunt, capiunt etiam capreolos, & vnguibus lacerant oculos & cerebella eorum. Volunt autē delicatissimè nutriri, semper recentibus, præcipuè cordibus & cerebellis, & sanis valde carnibus, quod adeò recentes sint, quod adhuc calentes vitali calore, iam expirante animali sint allatæ, & ferè comedūt tantum quantum aquilæ magnæ. hoc genus falconum regale est, & diutissimè volans, & sequens prædam, & non deserens ad duo vel tria, vel etiam quatuor horarum spacium Socialiter autem prædatur melius, sed solitarium etiam optimè venatur, & diligit hominem, & canes venaticos & præsentibus eis venatur libentius, quasi glorietur in viribus in præsentia eorum. Habent autem ea quæ diximus omni generi falconum com-

canibus qui auxilientur ei quando prædam deijcit. Est autem hic falco præcipuè docendus, ne in aqua prædæ insideat, quia frequenter distat à falconario & lædi posset in aqua, & ideo non secundùm longitudinem aquæ iaciendus est ad prædam, sed tenendus donec aues extra ripam in aëre appareant, & tunc gyrofalco ex parte aquæ iaciendus est ad ea, quia tunc propter motum gyrofalconis ad aquam redire non audent. Si autẽ ex parte campi dimittitur gyrofalco, tunc aues ad aquam fugiunt vel euadunt, & si percussæ fuerint, in aquã decidunt, & tunc falco prædam sequens læditur vel mergitur, & si euadit timidus efficitur propter venationis læsionem. Sub isto etiam gyrofalcone alij falcones & astures non bene volant, nec etiam aquila de facili congreditur cum ipso. Vult autem

mo gradu distans. Est autem gyrofalco figura, & colore, & actu, & voce perfectam naturam habens falconis, sed quantitate maior est asture & minor aquila, & dicitur gyrofalco à gyrando, quia diu gyrando acriter prædam insequitur, nec dignatur ad parua, sed aues magnas insequitur sicut grues, & cignos & huiusmodi. Est autem hic falco auis pulchra valde, non longa secundùm proportionem sui corporis cauda, alarum iuga valde habens decentia & fortia, & crura habet plana, nō nodosa, vngues satis fortes, & præcipuè posteriores, & solus venatur, sed melius cum alio, & inter cæteros falcones consueuit stare magis erectus, & pennis bene compositis, & in venatione diu insequitur prædam, & ideo venator indiget veloci equo, in quo insequatur eum, & doctis ad hoc velocibus

canis

ri non insident sicut aquilarum & miluorum genera. Vitali ergo calore calēs adhuc caro cōfert gyrofalconi, & hoc probatur ex hoc, quod prædā sylvestris gyrofalco prius comedere incipit, quàm occidat, sana etiam carne delectatur, & ideò non approbo, quod quidam gallinæ viuæ coxā. vel alam extrahunt, & postea secunda die de eadem gallina extrahunt aliam partem falconi ministrandam, quia iam pro certo sanie infectum est gallinæ totum corpus remanens, & infectū calore febrili, qui in omni corpore suscitatur in generatione saniei, & ideo gyrofalconi, quæ delicata est auis, huiusmodi non conuenit cibus: studere enim debet sapiens falconarius, vt in arte cibandi sequatur naturam quantum potest, quam naturam perfectè ostendit gyrofalco, quando sibi sylvestris dimittitur, &

sic

tem cibari delicatis & recentibus, & adhuc vitali calore calentibus & sanis carnibus, delicatis autem dico sicut his quæ cordi sunt propinqua, quia illæ magis sunt digestæ, huiusmodi autem signum est, quod quando syluester prædam accipit, non inuenitur comedere de præda nisi cor, & postea quæ cordi sunt propinqua, versus alam dextram, & rarò versus sinistram. In calidæ complexionis auibus, sicut in columbis & palumbis & huiusmodi auibus recentibus etiam vult vesci, & huius signum est, quia nullum genus falconum, vel asturum, vel nisorum, ad reliquias prædæ suæ reuertitur quando est syluestre, sed quod supersest vni cibo dimittit, & cum iterato comedendum est nouam prædam insequitur, & hoc non faciunt aquilarum genera. Falcones autem, cadaueri non

& fortium vnguium, & habet hoc in consuetudine quod frequenter respicit pedes, & est in dorso & exterius in alis coloris cinerei, & ille color secundùm quod proficit per mutationes pennarum in annis, efficitur clarior & magis pallescit interpositis parua & fusca varietate. Est autem hoc falconum genus ferum & malorum morum, & iracundum inconstantis iræ, & imò rarò inuenitur falconarius qui ad plenum sciat mores eius, & ideo præceptum est Ptolomæi regis Aegypti, quod rarò teneatur in manu nisi in aurora, & tempore aucupationis siue venationis. Alijs autem temporibus teneatur in camera obscurissima, & in illis bis vel ter ignis clarus, non fumosus accendatur, nec teneatur in manu, præter præinducta tempora, nisi cùm cibandum est, quia ex hoc mitescit ad

sic diu gyrofalco in suo proficit vigore naturali. Si autem secus fiat, paulatim, destituitur & infirmatur & moritur. Hæc igitur duo quæ dicta sunt falconum genera, sunt prima & nobilissima, interaquę ad nos venerunt.

Capitulum 7. De genere falconum quod vocatur montanarium.

MOntanarium genus falconũ nobilitatis est tertiæ in natura. Est autẽ breue & spissum valde in corpore, & præcipuè est breuis caudæ, & valde spissæ, pectoris valde rotundi & magni, & fortium crurium breuium respectu sui corporis, & nodosorum pedum, & for-

portet falconarium in tali casu valde esse patientem, & non aduersari, sed patienter dissimulare reuocationem, donec deposita ira mitescat animus falconis, & si etiam reuocatus montanarius, non rediret ad reuocatorium, non oportet multum curare, nisi quod caueat ne ab alio capiatur, quia deposita ira per se ad domicilium falconarij reuerteretur, propter autem huiusmodi mores non est abijciendum hoc genus falconis, quia miræ est audaciæ in inuasione magnarum auium, ita quod aliquando aquilam inuadit & occidit, & à sapiente falconario præcauendum præcipit Ptolomæus, quia si vltra vires ad fortes aues frequenter dimittitur, quando incaluerit ira eius immoderatè, præcipitat se in mortem, & talem casum iam in alpibus quidam de nostris viderunt socijs: Falconem enim

manum falconarij ſicut ad beneficã, & manſueſcit & iram deponit. Quãdo autem iraſcitur non eſt ei multum à falconario reſiſtendum, quia ex hoc magis frangitur ira ipſius.

Hoc autem genus falconis bene eſt in ſpiſſitudine accipitris ſiue aſturis, licet ſit multo breuius eo, & habet pedes valde pallentes, & crura quaſi squamoſa ſquamis ſeſe prementibus, & figura eius quando ſtat ab humeris, eſt quaſi pyramidalis, ſi imaginetur pyramis aliquantulum in dorſo compreſſa. Hoc genus falconum eſt, quod præcipuè indignatur in euaſione prædæ Ita quod aliquando ex ira reuocantem ſe inuadit, & lacerat falconarium in capite vel facie, & aliquando lacerat faciem equi ſui inſidet falcona ius, & aliquando inuadit canem, & aliquando vnus falconum inuadit alium, & ideo o-

adeò in sua feritate aliquando delectantur, quod cibi obliuiscantur, & detinentur crudelitate occisionis auium, hæc igitur de montanario dicta sunt.

Capitulum 8. De falconibus qui peregrini dicuntur.

FAlconum genus quod vocatur peregrinum, præinducta genera sequitur in nobilitate quarto loco. Vocatur autem peregrinum duabus de causis, quarum vna est & vera, quia semper de terra in terram peregrinatur, quasi omnes peruolans terras, secunda est plus secundùm opinionem falconariorum, quod videlicet nescitur nidus eius, nec inuenitur à falconarijs, sed in volatu longè à loco suæ capitur generationis, vtriusq; ha-

enim montanario de rupe ven iente prædamque sequente auem quæ perdix vocatur, aquila contra quam præ dicta perdix volauit prædam præripuit, ad quem montanarius falco impatientia iniuriæ stimulatus à prædicta aquila prædam præreptam nitebatur accipere, sed cùm aliquandiu nitens perficere intentionem nõ posset, altissimè ascendit, & deorsum torrendo veniens ictum in caput aquilæ dedit, & seipsum peremit & aquilam. Ab huiusmodi ergo furore montanario semper præcauendum est. Iste falco frequentius inuenitur quã preinducta duo falconũ genera, & mirabiliter gaudet in feritate sua, & imò frequenter de isto genere inueniũtur falcones, quibus nõ sufficit vulnerare vnã auẽ & deijcere, sed gloriãtur in hoc ꝙ multas deijciunt, &

rimas talium montium, addidit et
iam esse consuetudinis horum falco
num, quod parentes post completion
iuuenum expellunt eos de loco su
habitationis, propter paucitatem au
um quæ ibi inuenitur, & ideo statim
iuuenes egrediuntur ad plana, in qui
bus plures sunt aues, & perueniunt a
terras certam non habentes mansio
nem vel habitationem. Duobus au
tem modis hos vidi capi falcones,
eremita prædictus dixit mihi tertium
modum. Vno namq; communi mo
do ferè in omnibus terris capiuntu
ita, quod rete disponitur patulum, i
quod faciliter conuertitur cum cho
da super id quod intenderit auceps,
ante illud extenditur chorda cui al
gatur rubeus lanarius, quem vulg
fvveimer vocant, & ad chordam c
pendentem ad eam, extensa chor

al

iarum cauſarum audiui ab expertiſſi-
no falconario, qui in eremo alpium
uxta iuga altiſſima montium multis
nnis habitauerat. Dicebat autem
uod hi falcones, quos peregrinos vo
amus, in altiſſimis & præruptis pari-
tibus montium nidos conſtruebant,
ec aliquando patuiſſe aditum nidi,
iſi deſuper à cacumine montium
omine per funem ſubmiſſo, quam
ubmiſſionem dicebat frequenter o-
ortere fieri per chordam centum paſ
ium, & aliquando centum quinqua-
inta, aliquando verò trecentorum
el ducentorum, & aliquando eſſe im
oſſibile aut propter diſtantiam, aut
ropter aſperitatem ſcopulorum, &
ropter hanc difficultatem eueniſſe
pinionem quod neſciatur locus ge-
erationis horum falconum. Dicebat
item ſe ſæpius vidiſſe quod antiqui
ædam pullis duxerunt in antra &

distet lignum à ligno, & quodlibet istorum lignorum impletur laqueis à summo vsque deorsum, & hoc vas fiat ad altitudinem septem vel octo pedum, & ad latitudinem quinque vel sex pedum, & in ipso disponatur aliqua cauea sex pedum altitudinis, ita quod pede vno distent à se inuicem latera vasorum, quando vnum est in alio, & in interiori sint ligna per modū trabium super se ab inferiori vsque ad summum dispositā, & aues sex vel septem ponantur in interiori; Illę enim continuè ascendent & descendēt in trabibus, & hoc totum figatur immobiliter super murū castri, vel portam, vel in campo liberè, tunc enim falco qui peregrinatur, videns aues, & volens accipere, capitur laqueo, & hoc modo vidi capi falcones optimos. Eremita autem non dixit esse aliud faciendum nisi quod disponatur auis

alligatur auis, vel laneum aut pilosum aliquod simile aui, ita quod quando chorda extensa trahitur & concutitur ab aucupe, videtur svveimerius auem insequi ad prædandum, & hæc chorda sæpe sic concutitur, quod videns falco, qui fortè perinde peregrinatur, in impetu descendit, intendens prædam lanario præripere, & sic deceptus cadit in rete. Alium vidi modum multò meliorem, fit lignorum duorum ad modum crucis compositio, & super extrema illorum curuantur duo alia semicirculariter, itaque extrema circulorum infiguntur extremis lignorum, & inter illas quartas arcuum circulorum alia curuantur ad locum intersecationis semicirculorum, & inferius infiguntur in ligna ab angulis intersecationis crucis venientia, donec non nisi ad tres vel quatuor digitos

Capitulum 9. De gibboso genere falconum.

EST autem quintæ nobilitatis in genere falconum falco nobilissimus, quem gibbosum vocauit eremita præinductus, & tres mihi optimos de hoc genere falcones, quos apud se habuit ostendit, & multos alios se vendidisse asseruit, hoc igitur genus falconum est valdè paruum corporea quantitate, sed mirabile virtute & audacia & strenuitate volandi cùm prædam insequitur; quantitas eius parum vincit quantitatem nisi quem vulgus sperucrium vocat, & habet in facie guttas sicut peregrinus & cætera falconum genera. Gibbosum autem vocatur eò, quod propter breuitatem colli sui caput suum vi-

ante rete absque lanario, quia falco auidus auis se ipsum in rete precipitat, hoc .n. modo dicebat se dictos falcones cepisse singulis annis. Est autē hic falco qui cōmuniter habetur ferè in omnibus terris, quantitatis minoris quàm montanarius, & est curtæ caudæ & longarum alarum, & grossi capitis & longæ coxæ & breuis cruris, & si habet crura nodosa melior est, albescentia etiam dicitur habere crura & pedes, & est bonorum morum quando bene nutritur. Anas autem, vt cōmuniter, est præda sua, & si bene efficitur audax per falconarium sapientem, capiet ardeam & aliquando gruem, & hoc est summum audaciæ ipsius, hæc igitur de hoc genere dicta sunt.

cessis, sicut & peregrinum genus, & capitur cuolans de nido sicut & peregrinum, audaciæ enim tantæ est & strenuitatis, quod anseres syluestres deijcit & ardeas & grues, & est velocissimum genus istud, & altissimè ascendit, ita quod effugit visum hominis, nec contentus est iste falco quod vnam auem deijciat, sed multas vulnerat, & in aucupio plures quærit habere socios, propter sui paruitatem & auium quas venatur magnitudinem.

Narrauit mihi prædictus falconarius satis memorabile de hoc falconum genere, referebat enim quod de præfatis gibbosis tres cuidam nobili vendiderat, quos dum eremitam secum ducens probaret, casu inuenti sunt anseres albi syluestres & dimissis falconibus anseres altissimè volauerunt, sed falcones tres qui dimissi fuerant, anseres ascendendo transcenderunt,

donec

apparet ante iuga alarum suarum, quando super latera dorsi componit, & hoc caput respectu quantitatis sui corporis est magnum, & rostrum valde breue & rotundum, & alas valde longas & valde exortas: caudam breuem, & coxas fortes, & crura aliquantulum respectu commensurationis aliorum membrorum suorum longa & quasi squamosa, sicut sunt squamæ serpentum & lacertarum, quæ apparent in lateribus ventrium eorum, & pedes habent nodosos matriculis digitorum, & præcipuè ad interius plantæ pedis & oculos flammeos ardentes, & est in colore aliorum falconum qui peregrini vocantur, & caput suum in craneo est bene planum superius, & retro in capite non prominens, sed quasi collo continuum, & est facile domabile, & bonorum morum, & nidum facit in rupibus inac-

cessis

extendit, & est animositas eius plusquam fortitudo ipsius,& vult cibari valdè recentibus,& vitali calore adhuc spirantibus,& tunc multum proficit. Si autem alijs aliquando cibatur carnibus, caueat falconarius quod leues sint sicut carnes altilium,& recentes aut ad minus non putentes, & in aqua frigida recentes effectæ, quia aues rapaces debilem valdè & subtilis pellis habent stomachum,& de facili alterabilem à malo cibo, & ideo ex modica occasione cibum indigestum euomendo reijciunt, & præcipuè quando graui & melancholica carne cibantur, vel ab ea quæ dispositæ est ad putrefactionem, hoc genus falconis diu mane & serò vult portari in manu, quoniam quando consuescit manum hominis, libentissimè insidet manui, & libenter redit

ad

donec visus omnium qui affuerunt effugerunt, & cùm post modicum dictus nobilis falcones conquereretur amissos, paulatim anseres vulneribus debilitati cadere circa eos ceperunt, & inuenerunt amplius quàm viginti anseres decidentes, & tandem etiam falcones reclamati venerunt supra reclamatorium. Erant autem omnes anseres vulnerati lethaliter, ac si cum cultello in diuersis partibus sui corporis fissi essent, & huius causſa est, quia falco iste, sicut alia falconum genera, cũ descendit non statim percutit, sed potius cùm à descensione reascendere incipit, & tunc posteriori vngula ante pectus dispositа ferit, & imo longũ vulnus facit & letale, & frequenter adò fortiter ferit, quod vngulam amputat, & seipsũ valdè lædit in pectore vel occidit. Est etiam genus falconum quod semper quasi ad volandum alas

ex-

quæ butorius vocatur, de qua in ante habitis fecimus mentionem, hũc falconem Fredericus Imperator sequens dicta Guillelmi regis Rogerij falconarij, dixit alium visum esse in montanis quarti climatis quæ Gelboe vocantur, & deinde iuuenes expulsos à parentibus venisse in Salaminæ Asiæ montana, & iterum expulsos nepotes priorum deueniſſe ad Siciliæ montana, & sic deriuata esse per Italiam. Modò autem in alpibus apparent, & in Pyrenеis montibus, & deriuata sunt hæc genera in Germaniam, licet adhuc rara sint, eò quod pauci inueniantur. Sunt autem falcones nutrituræ & audaciæ falconum peregrinorum. Complexionis autem videntur cholericæ, & quod aduſtum est de terrestri cholerico cõuertitur in pennas, & ideo nigræ efficiuntur ætate accedente, per multos annos

ad manum: hæc igitur de gibboso falconum genere dicta sunt à nobis.

Capitulum 10. De falconibus nigris.

SExtum gradum nobilitatis in genere falconū possidet falco niger, breuior quidē in aliquāto falcone peregino, sed in figura similis per omnia, licet in colore dissimilis sit, quia in dorso & exteriori alarum & cauda totus fuscam habet nigredinem, & in pectore & ventre & lateribus fuscam habet varietatem; in facie autem guttas falconarias habet nigras, valde intensæ nigredinis, quæ circumfundun tur quadam caliginosa & fusca palliditate. Crura autem & vngues & rostrum habet sicut peregrinus. Accedit autē hic falco multū ad formam auis

quæ

num genus multum simile esse generi peregrinorum, licet in colore differat, & præcipuè quia sicut diximus, parentes in hoc genere filios cogunt peregrinari à loco suæ generationis, hæc igitur dicta sunt de nigro falconum genere.

Capitulum 11. De natura falconis albi.

GEnus septimum falconum sibi vendicat falco albus, qui venit à Septentrione & mari Oceano, à regionibus Norvvegiæ & Svvetiæ, & Estoniæ & finitimis syluis & montibus. Est autem hic falco ita in varietate subalbidus, sicut is de quo ante diximus est niger, & causa albedinis suæ præcipua est frigus & humor habitationis in qua nascitur, & in dorso quidem & alis

est

annos aliquantulum albescunt, & probabile est, quod etiam in climatibus calidis nigriores sint quàm hi qui nascuntur apud nos, eò quod in calidis locis semen ouale forti calore decoquitur, & ideo quod ex eo producitur plus denigratur. In frigidis autem regionibus plus habet aliquã do humidum ouale, quod propter perspicuitatem causa est albedinis, & respersum in eodem terrestre causa est varietatis. Cùm autem duo sint quæ exterius in corporibus consideramus, animantis figura videlicet & color, figura magis indicat conformitatem vel differentiam speciei. Monedulas enim iam vidimus propter frigus habitationis nasci albas & similiter coruos, cùm tamen figura ipsarum indicauerit eas verè de specie monedularum & coruorum esse, & hac ratione videtur hoc falco

cidit ex complexione magis humida, quæ magis implet & ingrossat crura ipsius quàm crura illius qui ex complexione est siccus cholericus, quod autem iste falco minus videtur habere audaciæ quàm niger,& minus videtur esse velox , propter frigus & humorem complexionis non est omnino sufficiens signum, quia virtus omnis animati multiplicatur ex quantitate subiecti, quando naturalis quantitas terminos quantitatis naturalis non est excedens, & ideo virtutis maioris est iste falco quàm niger , & ex confidentia virtutis innatæ sumit audaciam , & si non est adeò velox in volando vt niger,tamẽ diutius durat insequẽdo aues quàm niger,& hoc summè attẽditur in falcone, corpora enim fusca calida porosa sunt & aperta,& de facili euaporant ab eis spiritus,qui sunt vehicula

virtu-

est subalbus, in alijs autem locis maculas siue guttas habet valde albas, interpositas alijs guttis subpallidis, & in quantitate maior falcone peregrino, multum accedens ad similitudinem lanarij albi, qui volat in campis insidiando muribus, adeò quod aliqui falconarij tradiderunt hunc falconem natum esse primum ex falcone peregrino patre, & lanaria alba matre, licet hoc non sit verum quod ostendit audacia ipsius, audax enim est valde & bonus, nec deficiēs à natura falconis in aliquo, nec habet ex moribus lanarij, cùm enim in venatione ascenderit, non stat suspensus alis vt lanarius, sed ferit statim vt falco, & figura in pedibus & vnguibus, & rostro & toto corpore, falconis demonstrat natura m, quāuis crura habeat grossiora & nodosiora quàm falco niger, quod ei ac-

Capitulum 12. De natura falconum rubeorum.

OCtauum autem in falconum genere, habet is falco qui rubeus ab antiquis appellatur, non quod in toto rubeus sit, sed quia guttæ quæ in alijs albæ sunt, in hoc genere sunt rubeæ, & nigræ guttæ sicut in alijs sunt interpositæ, nec in dorso vel exteriori alarum hic falco rubeus apparet, nisi quando alas exerit, tunc fusca in eis apparet rubedo, & hoc genus falconis etiam mendosè quidam falconum scribentes naturam spurium esse asserunt, ex lanario rubeo & falcone dicētes esse procreatum, quod omnino absurdum est, eò quod nullam penitus cum lanario nisi coloris habet conformitatem, sed potius ruboris causa est

debilis

virtutis, & tunc lassantur & debilitãtur, quamuis sint agilia per naturã, econtra autem alba frigida conserras habent carnes, & quia sunt multi humidi, multorum sunt spirituum, & propter carnium consertionem non citò euaporantes, & ideo diu durãt in labore, præterea humidũ complexionale interius, infundit lacertos & neruos, & calorem qui ex motu fit, non permittit indurari neruos & lacertos, & ideo diu remanent mobiles & habiles ad volatum, & quoad ista falcones albi recuperãt id, in quo videtur falconibus nigris postponi. Hæc igitur de his dicta sufficiant, quoniam in nutritura & aucupio nihil vel parum ab alijs distare videntur.

pauone, non tamen conueniunt audaciæ, ſicut diximus & agilitati volatus. Eſt autem hic falco non magnus, paululum minor peregrino, ſed vnguibus & pedibus & roſtro fortis, & eſt valde in volatu agilis, ſed non ſatis diu perſeuerans, & domeſticatur multum, & efficitur melior, per mutas duas vel tres, ſed non eſt adeò longæ vitæ vt alij, & imò oportet eum nutriri valde recentibus & vitali calore adhuc ſpirantibus, & non ſupra modum & multis vicibus in die, ſed in mane & in ſero, & oportet eum multum cuſtodiri ab alterantibus cõplexionem eius, quia de facili alteratur, nec oportet eum vltra menſurã cogere ad aucupium, cõplexio enim rubea facilè vincitur & læditur labore, quamuis facilè faciat impetum à principio, propter quod & ętas accedens & aliquantulum temperans, &

in-

debilis calor infusus superficiei corporis, qui inflammet fumosum humidum, quod expellitur ad generationem pennarum, & hoc facit media inter album & nigrum complexio, sicut enim in alijs, ita nec in hoc genere de extremo in extremum nō venit natura quæ causa ordinis est nisi per media, & ideo in genere falconum, hoc tangit mediū, alij enim colores medij falconum generi non congruunt, eò quod viridis & hyacinthinus & croceus & huiusmodi, ab audaci & rapaci deuiant natura, quia viridis extremè & aqueæ frigiditatis est indicium, sicut & in vrinis viriditas signum est caloris mortificantis & consumentis. Hyacinthinus aūt aëream & euanidā indicat complexionē Croceus aūt corrūpentem cholēram, & licet duo istorum in auibus inuenia[illegible] & tertius in

Falco peregrinus, & alæ eius non adeò longę sunt sicut illius, sed cauda eius est longior aliquãtulum, & vox eius est acutior, eò quod magis est humidæ siue phlegmaticæ complexionis, & audacia eius est multo minor in inuadendis auibus, quia id quod est azurini pedis, rarò inuadit aues maiores quàm est pica vel cornicula. Peregrini autem & alij falcones maiores quaslibet aues inuadunt. Ex hoc autem contingit, quod quando istud quod azurini pedis est surgit in altum, vt det impetum, ex timiditate stare incipit, & suspendi alis, & non præcipitanter ruere in auem, & hoc quidem habet ex natura. Ex disciplina autem & adiutorio iuuantis ipsum hominis, frequenter sumit audaciam maiorem, sed non sicut verus falco, in auibus verò rapacibus est sicut in militum fortitudine in

inflammatum humidum plurimũ, huic complexioni confert auxilium, & præcipuè per mutationem pennarum, penna est taliter rubea, fragilis & mollis est, & ipse laborem volandi diu non sustinet nisi frangatur, & hęc omnia sapientem oportet aduertere falconarium, hæc igitur de falcone rubeo commonuisse sufficiat.

Capitulum 13. De falcone qui habet pedes azurinos.

NOnum falconum genus iam declinans à qualitate nobiliũ falconum est id, quod est hyacinthini pedis siue azurini, quod quidem in quantitate & figura simile est siue æquale falconi peregrino, sed dorsum eius & exterius alarum non est adeò nigrum, & etiam albius est in pectore genus istud quàm

ditas & tarditas tanta est, quod non nisi mures inuadunt, vel fortè pullos auium non adhuc volantes, sed currentes in terra, vel nido iacentes. Qualiter autem auis timida per disciplinam, audax efficiatur, posterius erit manifestum.

Capit. 14. De falcone paruo, qui mirle vocatur.

DEcimum & vltimum falconũ genus est id, quod quantitate minimum est, quod & mirle vocatur, & vulgariter ſmirlin vocatur. Hoc autem genus licet à præinductis quantitate deficiat, tamen à nullo eorum deficit in audacia viribus suis proportionata, & præcipuè quando animositas sibi est ex peritia & vsu, & spe auxilij ex propinquo sibi perito falconario, ita quod VVilhelmus

militibus enim non desũt ex natura debiles, & ex complexione minus audaces, qui tamen ex scięntia militandi & vsu frequentis victoriæ, & experientia hostes aggrediendi & expectandi, & feriendi, & insidiandi, & declinandi, & ex confidentia sociorum adiuuantium, sæpissimè nobiles faciunt triumphos, & similiter est de isto genere, quod licet sit timidum, per naturam tamen audaciam accipit à falconario sapiente, & vsu dejiciendi & tenendi aues, & ex considẽtia iuxta se positi falconarij melius & audacius ferit quàm ex natura, sicut etiam & speruerius siue nisus, huiusmodi audacia etiam fortiores se multo inuadit, sicut est auis minor, & aliquando maior, nec mirum, cùm etiam lanariorum genera hoc modo inuadentia & capientia efficiantur, quorum naturalis timi-

Capitulum 15. De genere falconum, qui lanarij vocantur.

FAlconum autem ignobilium genera sunt tria, quæ antiqui aucupes, vt ex Ptolomæo tradũt Aquila Symachus & Theodotion, lánarij potius quàm falcones vocantur, & hoc vocabulum quidam germanicorum imitantes, eo suo idiomate lanete vocant Quidam autem suuemere vocare consueuerunt, & sunt butherij quidem mures in campis insequentes, per colores differentes, quia sunt albus & niger, in quantitate falconũ, & rubeus, qui minor est qui mirle imitatur. Isti autem, in primis cùm iuuenes sunt, propter humorem, & hebes calidum, nullius quasi sunt audaciæ, sicut & pueri omnes sunt timidi. Cũ autẽ mutauerint

sc bis

helmus falconarius dicat, cũ talibus se aliquando gruem cepisse, aues enim suis viribus proportionatę sunt alaudæ,& plus perdix & columba, ni si vt diximus vires ex arte iuuentur. Est autem hoc falconum genus guttatum in vultu,sicut alia omnia, & longissimarum alarum respectu sui corporis & caudæ mensuratæ,& crurium & pedum planorum citrinorum, & est minus quàm nisus, habens quasi quantitatem nisi quẽ muscet vocant, & quando est syluestre,capit carduellos, eò quod celerrimum est & insidiosum,& in capiẽdo ascendit & descendit feriendo sicut & alia falconum genera, quod quia ferè omnibus notum est, hæc ad cognitionem eius dicta sufficiant.

Capit.

& tunc ſecundo anno paruæ aues in magis grandiuſculas commutentur, & tertio iterum in maiores, quia omnis auis ex huiuſmodi, ſimul & peritiam & audaciam accipit aues quas falconarius voluerit capiendi, licet enim primę nobilitatis falcones hoc nō indigeant, quæ ſunt octo primorum generum, tamen pro certo multum confert ad audaciam & peritiam omnium augendam. hæc igitur dicta ſunt de diſciplina falconum.

Capit

se bis vel ter, & pusillanimitas naturalis per artem medicamen acceperit, efficiuntur columbas & anates accipientes. Est autem pars ista præcipuè tenenda, quod primo anno quãdo domesticantur, non cibentur nisi auibus viuis, & quando parum deplumauerint, dimittantur aues de pedibus eorum euadere, non ad volatum primò, sed ad cursum, & cùm sæpius has insequi didicerint, dimittantur euadere ad motum mixtum ex volatu & cursu: & cùm iterum hoc frequenti iteratione didicerint, dimittatur auis euadere ad volatum tardum, qui est auis cuius curtatæ sunt pennę alarum, & tandem dimittatur euadere ad volatũ perfectũ, & in omnib⁹ his fortissimè alia voce ꝓuocetur & incitetur, & ad tenẽdã auẽ adiuuetur à falconario, quĩ ex his sumet audaciam,

& tunc

respergatur in pedibus, quando autẽ econuerso fuerit ignobilis pater et mater nobilis, partus efficitur multum declinãs ad ignobilem patrem, et parum habens nobilitatis maternæ, & sicut diximus, quod horum duorum falconum fit permixtio, ita peregrinorum, qui ad omnia loca frequenter solitarij volant, fit aliquãdo commixtio cum lanarijs nigris, & aliquando cum albis, & aliquando cum rubeis, & propter spermatũ vicinam & consimilem complexionem, & impregnationis ouorum & fotionis, idem temporis spacium semina permixta se inuicem mouent & conuertunt, & complent, & permanet partus procreatus, & generat ex sibi simili, sicut fit in multis auibus & alijs animalibus, vt patet per ea quæ in ante habitis huius sciẽtiæ libris conscripta sunt. Hæc autem

Capitulum 16. De generibus permixtorum falconum, & de modo ipsius commixtionis falconum.

CVm autem quodlibet horum generum, cuilibet permiscea-
tur, multa fiunt falconum genera. Sed quæ ad nos deuenerunt, sunt quatuor: Falco enim peregrinus frequenter permiscetur ei qui est pedum hyacinthinorum, & quando hæc permixtio fuerit ex peregrino patre & matre pedis hyacinthini, valde parũ declinat à nobilitate, quia sperma masculi operans est & faciens, & formans per spiritum qui est vector paternæ virtutis in subiectam fæminæ guttam, & efficitur partus patrem imitans, licet parum co.orisazurini

cum asturibus & nisis, & aquilarum generibus, multas probabile est fieri diuersas compositiones ad diuersarum compositarum auium rapaciũ generationem, sed in dictis quatuor generibus præcipuè diximus fieri falconis peregrini commixtionem, eò quod peregrini mox compelluntur è patria à parentibus, & frequenter separantur, propter prædam & iram, & cùm suæ speciei adiutorium non inueniunt, ad sinilius quod inuenire põssunt alterius speciei se tẽpore luxuriæ conuertunt, & cùm conuertuntur ad id quod est pedis azurini, ferè simile peregrino est id quod procreatum fuerit, dũ aũt conuertitur ad lanarium nigrum, efficitur ignobilis falco niger vel nigro similis, & dum conuertitur ad lanarium album, efficitur id quod generatum fuerit simile falconi albo, & dum permiscetur lana-

tem permixtio fit quando diuersarum specierum sibi in complexione vicinarum falcones tempore luxurię conueniunt, non inuenientes suę speciei sexum, cui permisceantur, & licet diximus quattuor genera taliter permixtorum falconum ad nos deuenisse, ratio tamen exigit multa esse, & plura quotidie posse fieri talia falconum genera, & hanc putamus esse causam quod tam diuersa genera falconum, in diuersis regionibus inueniuntur. Quamuis enim climata mores & colores diuersificent, tamen specierum tam similium diuersitatem, causat præcipuè permixtio quam diximus, sicut in generibus anserum, & generibus canum & equorum fieri vidimus temporibus nostris. Et non hoc solum fieri probabile est ex falconum generibus permixtis, sed etiam ex falconũ

Capit. 17. De regimine domesticationis, & regimine audaciæ, & regimine sanitatis falconis.

His ita discursis, de regimine & medicamentis falconum disserramus; regimẽ autem falconũ in tria diuiditur regimina, regimen videl. domesticationis, & regimen sanitatis, & regimen infirmitatis. Domesticationis autem regimen duos habet fines, quorum vnus est, vt assuescat manum hominis; Alter autem est vt audax & præceps in captura auium efficiatur. Primum autem regimen perficitur, si nunquam nisi super manum cibetur, quia ex hoc manum cõsuescet & diliget, ex beneficio inclinãte animum ipsius, sicut dicit Symachus. Primò autẽ quando domesticãdus est,

lanario rubeo, fit falconi rubeo in colore & figura ſimilis, & hi quidem mixti falcones facilius iuuãtur arte quàm hi qui omnino ſunt ignobiles, & præcipuè ſi pater ſit nobilis, eò quod multum habent ex altero parente nobilitatis, ſicut etiam in præhabitis iſtius ſcientiæ libris diximus. Si tamen econtra aliquando mater ſit nobilis & pater ignobilis, erit quidem quod partum. fuerit minus nobile, ſed tamen per bonam diſciplinam accipiet meliorationem, & præcipuè poſt vnum annum vel duos, & modo prouocationis quem paulo ante d ximus. hæc igitur de falconum gener bus & naturis dicta ſunt, per hæc enim & alia poterunt cognoſci.

dinem nidi, de quo sumptus est, & detur ei frequenter caro pullina, quia est temperata, & aliquando detur ei caro recens vrsina, quia illa est faciens, & firmans pennas, & nisi hoc modo teneatur debilitatur alis & coxis, ita fortè quod frangitur ala vel coxa, confert etiam multum quod manu ante completionem non tangatur, postea autem cùm completus fuerit ad manum & ad capellum, caueatur primò ne vnquam aliquid duritiç experiatur in manu, sed semper beneficam & blandientem inueniat eam. Ad audaciam autem videlicet quod sæpius aues viuas accipiat & comprimat & occidat, cum clamore quo incitari solet à falconario, & sicut superius diximus, sæpe euadentibus de sub vnguibus eius, per solertiam falconarij iterum capiat, & dimittatur per se vincere aues, &

dus est, ab ante lucem pileo induatur, & teneatur in manu, vsque ad tertiam & tunc detur ei coxa gallinæ, & cùm comederit, pone eum supra gramen, & pone ante eum aquam vt balneetur si velit, & post permitte eum stare ad Solem, donec se bene purgauerit, & postea mittatur in locum obscurum vsque ad vesperum, & demum resumatur ad manum, & teneatur in manu vsque ad primum sonum, & reponatur in loco obscuro, & accende ignem clarum vel lucernam ante eum, per totam noctem vsque ad matutinum, & postea pilea eum, & sta cum eo aliquamdiu ad ignem, & scias quod hi qui in nidis completi sunt, meliores sunt, & fortiores habent pennas, si tamen aliquando de nidis accipiuntur ante complementum, ponatur in nido sibi facto, prout melius poterit ad similit u-

voluntarius inuenitur, resume eum
ad manum, & intermitte aucupium
& illo die non ciba eum, nisi de dimi
dia coxa gallinæ, & repone eum in
obscurum, & sequenti die dimidiam
coxam gallinæ in aquam frigidam
pone, & in illa coxam illam tene vs
que ad tertiam, & tria purgatoria, qu
vulgariter germani Guel vocant, &
fiunt aliquando de pennis, sed me
lius fiunt de bombace, & in tertia da
falconi dimidiam illam coxā, cum
tribus purgatorijs dictis, & cùm co
mederit pone eum in obscuro vsque
ad vesperum, & in vespera iterum ci
ba cū cū purgatorijs, vt dictum est, &
tunc in mane vade ad aucupium, &
si audacter & auidè ceperit, tene
eum in tali in quali tunc est macera-
tione. Si autem nec tunc quidem vo-
luntarius ad capiendum extiterit, re-
sume eum ab aucupio, & non des ei
illo

caueatur ne aues possint eum lædere vnguibus vel rostro, quia si iuuenis falco sentit nocumentum ab auibus pusillanimus efficietur. Si autem crebrò sine nocumento vicerit & occiderit, audaciam accipiet & crudelitatem in aues, semper etiam ista fiant cum magna incitatione falconarij, & in præsentia canum, & mutentur aues continuè, & per successionem temporis fortiores exhibeantur, & cùm perfectus est ad aucupium primo in aurora orto iam sole digestus falco ad aues dimittatur, & siquidem est audax & bonæ voluntatis ad capiendum inuenitur, custodiatur & teneatur in ea in qua tunc cum custodia & dispositione cibetur, de auibus quas tunc ceperit donec per se sacietur, & hoc fiat tribus vel quatuor diebus in quolibet aucupio. Si autem in primo aucupio, fortè piger & non

Sumunt enim carnem, & repositam in aceto forti comprimunt in pulue rem factum de pipere trito & masti ce & aloe, & dant falconi, sed talia purgatoria nulli aui rapaci danda sunt, nisi quando viscera eius repleta sunt humore viscoso phlegmatico. Sanitatis autem regimẽ est, quod maximè sapiens falconarius, falconem cibet cibo & horis & quantitate qua siluestris cibari consueuit, & præcipuè carne leui auium & adhuc calore vitæ spirante, & teneat eum inter maciem & pinguedinem, quia macies nimia diminutis viribus aufert audaciam, & inducit pusillanimitatem, & facit clamosum falconem, & quando dimittitur à manu, residet in terram iuxta falconarium & clamat. Pinguedo autem nimia pigritiam & fastidium aucupij inducit: teneatur ergo medium,

ita

lo die, nisi tria, de quibus diximus, urgatoria ex aqua frigida, & nihil mplius, & si in crastino mane adhuc inuoluntarius sit ad capiendum, iba eum de coxa parui pulli impositia in forti aceto, cum tribus purgatorijs de bombace factis, hoc modo pone in obscuro vsque ad vesperum, & postea tene eum in manu vsq; ad primum somnum, & calefac aquam & balnea eum in aqua calida, & postea pone eum sub diuo ad serenum, si non est tempus pluuiale vsque ad mane, & tunc calefac eum ad ignem super manum tuam, & tunc egrede re ad aucupium, quia si tunc non precipitanter capiet, pro certo infirmus est & languidus. Iste autem quem nunc docuimus modus maceratio vocatur falconum. Et attende quod quidam aliter quàm nunc diximus conficiunt falconum purgatoria.

Sumunt

res pullorum, & columbarum, & hædorum & huiusmodi, & si medicatur, calidis medicinis vtendum est, sicut pipere aloes paulino & huiusmodi, albi autem sunt phlegmatici frigidi & humidi, & mali chymi. quibus oportet dare calida & sicca, tam in cibis, quàm in medicinis sicut sunt carnes hircorum canicularum & mulorum picarum & passerũ, & huiusmodi, & piper, & cinamomũ, & galãga, & huiusmodi. Qui aũt habẽt pennas rubeas, abundant in flãmato sanguine, & his dãda sunt frigida & humida, eò quod frigida sicca mortificantia sunt, sicut carnes pullinæ & aues aquaticæ, & aliquando gambari, & cassia fistula, & thamandi medulla, & hæc omnia dentur in aceto. Sunt etiam quidam falconum nobiles in eadem falconum specie, quibus secundùm hoc

regi-

quod gloria virium non desit fal
ni, & indigentia inanitionis stimu
ad prædam, non ex defectu, sed ex
siderio famis naturalis, & hoc op-
mè fit quando non cibatur secun-
a cibatione, nisi prius digesta & e-
sta sit præcedens In his tamen cõ-
derationem adhibeat homo peri-
s, quia quidam falcones melius ca-
unt, si medium transeant ad pin-
uedinem declinando, quàm quan-
o sunt infra mediocritatem in ma-
e, & quidam econuerso melius ca
iunt macilenti. Sed nullus capit ex
nacie defectus, nullus etiam bene ca
it nimia pinguedine repletus. Am-
lius diuersarum complexionũ sunt
lcones diuersarũ maximè specierũ
illi quidem qui nigri sunt melan-
holiæ signum habent, & illis opor-
et dare magis cibum sanguineum,
ui est calidus & humidus, sicut car-

ncs

qu dam in cratibus tenent falcones: ars enim naturam imitari debet, & siluestres semper inueniuntur sedere in petris vel in terra. Caueat etiam à fractura pennarum sæpe rigando eas aqua calida, de tertio in tertium diem ne nimis exsiccentur, & eisdē diebus detur ei aliquantulum de aloë, quia stomachum & intestina cō fortat, & purgat, & fortificat pēnas, & si nimius humor in causa sit quod debitam fortitudinem non habent, caro qua cibandi sunt, primò ponatur per duas horas in succo facto ne contusis rafano & lumbricis terræ, hæc enim ambo exsiccant & indurant pennas, sed præcipuè caueatur ne violenta læsione pennæ lędantur alarum vel caudæ, hæc igitur & huiusmodi considerandа sunt in regimine falconum & aliarum etiam auium rapacium.

Capit.

imen ſuæ vitæ adhiberi oportet.
lco enim nobilis in qualibet ſpe-
falconum eſt, qui habet caput mo
ratè groſſum & ſuperius planum,
alibi rotundum roſtrum curuum,
bene groſſum, & moderatè longũ,
atulas amplas, pennas alarum &
xas longas, pedes latos ſparſos &
acros, & qui frequenter pedes ſuos
ſpicere conſueuit. Ignobilis au-
m in eodem genere eſt, qui deficit
aliquo vel pluribus iſtorum, & ig
obilis aliquando tantum vel plus
let ad aucupium quàm nobilis, &
cundum hoc oportet conſiderare
lconarium, ad vngues autẽ & pe-
s cuſtodiendos, caueat ne vnquam
rmittat falconem ſtare, niſi ſupra
pidẽ viuũ vel ſuper murũ, & caueat
e calce ſtet vel cemento calcinato,
nde non approbo, quidã in perticis,

qui-

ne pullina, quia iſte dolor capitis eſt ex vapore ſtomachi, & ideo per talē cibum curatur purgato ſtomacho.

Quando autem aperit roſtrum quaſi extenſiones habeat, & alices, & percutit cum roſtro pedem vel econuerſo, ſignum eſt quod habeat malum humorem in capite, & imò tunc torquēdus eſt ſtilo cū argēteo vel aureo ad nares, vt humor exeat, & poſtquā exierit vngatur coctura oleo oliuæ vel butiro, ſi oleum non haberur.

Quando autem ſternutat, & proijcit aquam de naribus, ſignum eſt humefactionis cerebri immoderatæ. Cura autem huius eſt quod tria grana ſaxifragiæ cum totidem granis piperis in mortario lapideo, vel cupreo optimè conterantur, & puluis idem confectus cum aceto forti diſtemperetur, & cum bombace in nares falconis,

ALBERT. MAGN.

Capitulum 18. De curis infirmitatum falconum diuersis secundùm Guillelmum falconarium.

NVnc de medicinis morboru̅ auium rapacium disseramus. Vt autem ordinatius hoc faciamus, ponamus primò de medicinis falconum, deinde de medicinis asturum & nisorum, tertiò quędam medicinalia tractemus, quæ vtrisque in communi conueniunt. Prima autem falconum infirmitas est dolor capitis, qui in hominibus soda vocatur, huius signu̅ est, quod falco claudit oculos, & mouet caput in partes diuersas, tunc igitur tollatur lardus & misceatur cum pipere trito, & detur ei manducare, & alternis diebus detur ei aloe aliquantulum cum car-

tertiam, & postea ad nonam cibetur carne muris. Signum autem mali in renibus est & guttæ, quæ infundit renes quando non potest saltare, & alis extensis se à manu longè eijcere & redire, sicut aues facere consueuerunt, & hæc gutta à quibusdam mortalis vocatur, tollantur enim grana quæ crescunt in spina alba, quæ germani cè *Hagedorn* vocatur, quæ sunt grana rubea, & contunde ea, & cõmisce cũ pilis leporis, & hoc totũ misce cum carne cocta, & ciba eum tali cibo vsque ad nouem dies. Si enim talem cibum retinuerit sanus erit. Est autem quædam alia gutta quę silera aut nullis vocatur, quæ quando decurrere incipit per corpus falconis, quasi veneni naturam habet, & tunc acumen rostri & acumina vngularum falconis dealbari incipiunt, & hæc cura-

tur

nis, & in palatum ipsius eijciatur, & postea cibetur carne pullina. Quando autem collum falconis inflatur, signum est guttæ membra colli infundentis calidæ, & ideo tunc deplumandum est collum, & minuendus de vena auriculari, vt gutta ad generationem regenerandarum pennarū extrahatur, & detur falconi rana ad comedēdum, quam si digesserit, pro certo sanus erit. Quando autem guttur siue arteriam quę canna vocatur, inflatam habet, & sufflat ac si suffocari debeat, pro certo reumatismum patitur, & sic curatur, sumatur de sanguine pauonis & muscatis, & mirabolanis chebolis, & de gariofilis, & de cinamomo & zinzibere æqualiter de qualibet vna vncia, & fiant inde nouem pillulæ, & cotidie detur sibi vna ad

tum viuum,& postea huic toti iunge auxugiam veterem,& misce omnia, & inde vnge caput falconis,& intinge fila,& circumliga collo eius, & morientur pediculi, vel aliter accipe piper & grana syſami, & tere simul, & coque in olla noua, & jmmitte aquam, & inde laua eum,& sanabitur:vel aliter, coque saxifragiam in aqua, & permitte eum balneari, & postea substerne ei linteamen albũ, & pone super gramen vel lapidem, quia super linteamen omnes pediculos excutiet, & similiter facit omnis auis rapax. Signum autẽ quod falco habeat febrem, est si pedes eius vltra modum calent, & tunc accipiatur aloe & auxugia gallinæ,& mittatur in forti aceto, & detur ei interpolatè ad manducandum, & alia vice detur ei testudo, quam lima-

tur ita quod accipiatur serpens niger qui tyrus vocatur, & abscindatur à capite eius palmus, & tantundem à cauda, & hæc reijciantur, & quod remanet frigatur in olla noua, & pinguedinem quæ inde eliquatur collige, & detur falconi calida cum carne pauonis successiuè per octo dies, & postea accipe porcellum cum aqua calida depilatum, & sumatur tenerum pectoris cum mure paruo, & detur ei comedere, quem cibum si bene digesserit absque dubio sanus erit. Quando autem falco leuato pede sæpe percutit cum rostro crus suum, scias quod habet guttam salsam, & tunc minue sanguinem de vena, quę est inter crus & coxam, & sanabitur. Quando autem falco pediculis grauatur, accipiatur argentum viuum, & commisceatur cum sputo hominis, & commoue donec moriatur argen-

limatura ferri & maximè chalibis de purati supra carnem porcinam spargatur, & falconi detur vsque in diem tertium, & sanabitur. Si verò pennas eius tinea consumit, accipiatur cera rubea muscata, mirabolani, salgemmæ, gummi arabici, grana tritici, & pone in forti aceto omnia hæc, & dimitte in eo per nouem dies in aliquo bacili siue pelui, & postea repone in ampullam, & laua quotidie de ipso falconem, siue aliam auem rapacem, donec bonam & emundatam senseris peruenire, & postea cum aqua rosacea laua auem & sanabitur, dum soli post loturam exponetur, de prædictorum autem quolibet pone in aceto æqualiter, sed de cera quæ omnia continet, pone longè plus quàm de alijs, aliter etiam dicunt quidam, quod si tinea cum acu de corio

extra-

cem vocant, & si tenuerit hunc pa-
stum sanabitur. Quando autem
falco carnem quidem rostro lacera-
tam accipit, sed statim vel post mo-
dicum non per digestionem, altera-
tam reproijcit, tunc pro certo viscosi
tatem duram habet in struma & sto-
macho, & in intestinis, quæ à quibus
dam petra vocatur, tunc igitur fiat
puluis de gariofilis, & spargatur su-
pra carnem passeris, & detur sibi al-
ternis diebus, & alternis detur sibi pi
pio siue purgatorium, & si tenuerit
hanc dietam sanus erit. Quando ve-
rò longè non egerit, istius eiusdem
infirmitatis est signum, tunc detur
ei cor porcinū cū seta porcina minu
tatim incisa, vsque in diem tertium,
& liberabitur. Si verò falco lumbri-
cis affligitur in vētre, & in egestioni
bus eius aliquid apparuerit de talib⁹,

lima-

Pedes falconis inflati non per violentiam, podagram significant, & contra hoc accipiatur butirū & oleū oliuę æqualiter, vtriusque vna vncia & aloe vncia vna, & ex his insimul cōmixtis vngantur pedes ipsius vsque ad diem tertium, & ponatur ad solem, & da ei comedere carnem catti, & sanabitur: vel aliter, incende licinium factum de carne bombacina, & cum illo coque plantam pedis falconis, & tunc supra petram vinam pone, quæ petra vncta sit cum auxungia veteri, & liberabitur, & interim da ei comedere mures. Si falco se pedib⁹ pectit, & scalpit, & pēnas de cauda trahit & eijcit, patitur pruriūm, & contra hoc accipiatur stercus anseris, & ouis, & aloe de quolibet ę-qualiter, & in forti aceto posita mittantur in vase æreo sub solem

calidum

extrahatur, & deinde cum aloe lauetur, & postea hæc lotura cùm emundata fuerit, cum aqua rosacea deponatur, valet plurimum, sed caueatur ne rostro se tangat, quàm diu aloe est supra eum, quia nocet plurimum. Aliquando enim infusionem patitur sicut equus, & huius signum est, quod pastum non accipit & habet oculos grossos, quasi ex vētositate eleuatos, & tunc fiat lixiuium de sarmē tis vitis, & coletur ter, & impleatur inde guttur falconis, & sic dimittatur donec egerendo se, cibum quem sumpserat digessisse demonstret, & postea detur ei lacerta ad manducandū. Vel aliter accipiatur vinū calidū cum pipere trito, & infundatur in gulam falconis, & teneat donec digestum teneat cibum, quo infusum fuerat & liberabitur.

ab aqua tangatur, & cùm hoc ſuperpoſitum mutare fortè volueris, laua locum cum vino calido, & ſic facias donec locus læſus acquirat cruſtam ſiue corticem qui vulnus claudat. Si autem vulnus ipſe falco tetigerit, pone ibi aliquantulum de aloe, & ſi forſitan vulneratus fuerit ſub ala, vel in pectore, vel in coſtis, vel in coxa, immittatur ſtuppa groſſa bene trita cũ cultello, donec mala caro corrodatur, & poſtea accipiatur thus, & cera æqualiter, & ſepum, & reſina, & diſtemperentur ad ignem omnia hæc in olla, & reſeruetur, & quando neceſſe ſit, vngatur, & de illo liquefacto ad ignem inunctio fiat cum penna, donec verruca claudatur vulnus, & ſi apparuerit ibi mala carnoſitas, immittatur vrtica græca vel viride eius, donec corrodatur, poſtea vnge

locum

calidum & ſerenum per tres dies, vel ad ignem lentum, ſi calor ſolis non habeatur, & ex illo totus falco balneetur, & detur caro columbina cum molle & pipere, & reponatur in obſcuro, & ſic fiat per nouem dies, & quando apparuerit penna bona de cauda veniens lauetur cum aqua, roſacea, & ſanabitur. Si autem fluit in eo guttã aëris & acuta, accipiatur ſtercus anſeris vel columbę, cum cortice radicis vlmi & bulliatur radicis cortex in aqua, donec ipſa aqua rubea fiat, & tunc diſtemperetur ſtercus in aqua, & inde lauetur falco per tres dies, & liberabitur.

t

Si autem falco vulneratus fuer accipiatur albumen oui, & oleum d oliua, & hæc ſimul mixta ponãtur ſupra vulnus, & caueatur ne locus leſus

ab

facta comburatur vena inciſa ex alia parte quàm à parte fiſtulæ, & locus quotidie cum butiro perungatur, & falco in loco calido reponatur per nouem dies, & ſanabitur. Si autem falco vngulam à radicibus perdidit, non recreſcit, ſed digitus pedis in calido mure aperto eſt colligandus, & cum medulla pedis & digiti porcini poſtea inungendus donec ſanetur, ſimiliter quando falco balneatus fuerit, caueatur, ne ſupra lignum putridum reponatur, ne inuenenetur. Si autem inuenenatus fuerit falco, accipiatur theriaca, & tria grana piperis, & dentur falconi contrita cum petra, & cuſtodiatur falco per nouē dies, & tunc iterum theriacam & piperis grana combure in teſta, & puluerem ſparge ſuper carnem, & ſic cibetur falco. Si autem aliqua beſtia

falco-

locum de vnguento albo, & sanabi-
tur.

Si autem coquenda est auis rapax, antiquorum Græcorum est sapiẽtia, quod prima coctura fiat sub lachrymali oculi, hoc enim prodest visui. Secunda autem fit in summitate oculi, & prodest capiti. Tertia fit supra nodum alæ, & valet contra guttam. Quarta fit in planta pedis, similiter contra guttam crurium. Vtiliores autem sunt omnes coctura, si in mẽse Martio fiant. Si quandoq; sanies de falconis naribus fluit, & comedere non poterit, & ipsa fames fœtorẽ prætenderit, fistula est in loco, & sic medicanda, accipiatur posterior pilus capitis, & auxugia, vel butyrum, si auxugia non habetur, & vena quæ de naribus ad oculos vadit, incidatur, & cum acu ferrea calefacta

Capitulum 19. De curis infirmitatum falconum, secundùm falconarium Frederici Imperatoris.

DE curis autem falconum aliter quidam, dicta falconariorum Frederici imperatoris sequentes, determinauerunt sic: si caput falconis purgandum est, tolle picem mundissimam ad fabę quantitatem, & digitis calefac eam ad ignem, & postea tam diu cùm ea palatū falconis frica donec cibi adhæreat, deinde accipe quattuor staphisagriæ grana & totidem albi piperis, & fac subtilissimum puluerem, & impone cum super picem palato falconis adhærentem, & de eo quod de pulnere remanet, immitte in nares falconis, & cùm sol bene incalucris

falconem momorderit, oportet quod deplumetur locus vbi est morsus, & si est parua, amplificetur cum rasorio, & tunc vngatur cum butiro calido, & demum fiat commixtio de olibano resina, cera & sepo, & vngatur cum illo donec sanetur. In hac autem cura quam posuimus, præcipuè experta Guillelmi Regis Rogerij Falconarij secuti sumus, pauca de nostris adijcientes.

Capit.

passeris & muris æqualiter vnciã vnam, & piperis albi grana quinq;, salgẽmę vn cias duas, lanę succidę vnciã vnã, & hęc tere omnia, & misce cũ eis mellis & olei puri, vtriusq; æqualiter sex guttas, & lactis fœminæ masculũ lactãtis, & q̃ eunde peperit guttas nouẽ, & de butiro quã tũ sufficit, & misce hæc oĩa, & forma ex eis cũ lacte tres pillulas ad quãtitatẽ auellanæ, & mitte in gulã falconis, & tene eũ per duas horas in manu, vt totã euomat potionem, & cũ totã vomuerit, post modicũ pone eũ iuxta aquas, & siq dem ex eis biberit post modicum pasce eum pulmone, & corde lactãtis agni, & nondũ herbã pascentis, & sit caro calidi or q̃ esse poterit, postea alia carne sua ui pasce eũ assiduè, in sero aũt da ei sufficienter de passere & pullo, & sanabitur. Si aũt ostẽderit se bulsũ siue infirmatũ in pulmone, sume auri pigmẽti triti vnciã vnã, piperis grana 9. & hæc tũc insimul cũ carne calida, falconi tribue. Iterum aũt tolle tria lardi frusta, qualia falco deglutire possit, & melle ea intinge, &

eis

luerit ipsum, in sole tamdiu dimittas, quousque omnem sui capitis malitiam & phlegma de capite defluens expurget per spumam, sicque per duas dies pasce eum suaui & dulci carne.

Ad palatum autem restringendum, si fortè capitis humor in ipsum fluit, sume vetus butyrum & chelidoniam æqualiter, & exinde factum puluerem in calida carne da falconi. Contra maculam verò oculorum falconis, sume piper & aloe æqualiter trita, & piper maculam pone, & si tempus fuerit vt acacia, quæ sunt pruna spinarum syluestrium, habere possis, tres guttas acaciarum super maculá instilla, quia valebit multum.

Si autem pulmo vel canna pulmonis falconis læsa sit, sume stercoris

faleoni tribuantur. In tertio autem die si adhuc perseuerant, abstrahatur cruda pellis piscis, quæ tinca vocatur quem Germani Sligen vocant, & in calida testa sine fumo & flamma super carbones comburatur, & sumatur cum hoc rasura eboris, pauum serumque stercoris æqualiter de omnibus, & terantur omnia hæc, & simul mixta cum calida carne minustrentur, & si necesse sit, quarto die matura ferri, & git contrita his addatur, & pulueri zata cũ carne calida ministrentur.

Contra omnia vitia renum, puluerem candriæ, & si non haberur, nastutij aquatici in corde pulli tribue & confert, Iterum sumatur arboris quæ quercus dicitur, & boli æqualiter, & hæc trita cum carne pulli calida, qui ex vino inebriatus sit, falconi mini-

is limaturã ferri ſuper aſperge, & in gu
am falconi immitte, & hoc fac per tri-
duum, & nihil aliud omnino tribuas
ei, 4. verò die tolle porcellum tene-
tum, & eundem vino forti & claro in
ebria, & calefac pectus inebriati ad ig-
nẽ, & cũ bene calefact⁹ fuerit, tũde pect⁹
ei⁹ vt sãguis vino infus⁹ in pect⁹, aſcẽdat,
& occide porcellũ, & ſtatim ipſum pe-
ct⁹ ſic calidũ in ca ido caprę lacte intin
ge, & falconẽ per aliud triduũ tali cibo
paſce, & ſanabitur. Si aũt anguillæ, hoc
eſt, lũbrici lõgi, comedũt falconẽ, tolle
tenerũ pullũ pudillũ ſiue inteſtinũ a-
qua bene lotũ, & fac inde tres nodos ad
mẽſurã medietatis pollicis, & ex vtraq;
parte firmetur liga tenui filo, & imple o
leo lucidiſſimo, & ponatur in gulã fal-
conis, ſicut & alia potio poni cõſueuit.
Si aũt in craſtinũ adhuc lęditur li aricis
ſumatur raſura eboris & ſtercoris, & paſ
ſeris Indici ſiue ſolitarij, & ſi non habe-
tur, ſumatur ſtercus alterius p. ſſeris cõ-
munis, vtriuſq; æqualiter vncia vna, &
& hæc puluerizẽtur & cum carne calida

derunt aceto puro lauentur opti
mè,& cum illis loca perungantur. A
liter autem sanguisugæ supra tegul
incendantur, & fac puluerem, & p
uionum pennas super fumum ign
pone,& de fuligine illis adhærente
at puluis simili pondere cum prio
& cum forti aceto, sed non multu
liquidum confice,& deinde laua fo
aceto loca vnde pennæ ceciderint;
deinde lardi particulas intinge,
hoc quod confeciſti de pulueri
quousque adhæreant,& perunge lo
vnde ceciderint pennæ bis in hebd
mada quousque pennæ reueniant
tem equi pilos longos contritos
nuissimè supra carnem falconi in
bum tribue. Item piretri puluerem
rafani succo & forti aceto distem
ra,& tineas inde punge,& sanabit

Adhuc aliter vre bufonem, &

P

entur, & ſanabitur de omni vitio
atis Contra faſtidium autem & ſic-
atem, ouum cum lacte caprino fac
llire vſque ad duritiem ſine fumo
ſartagine mundiſſima, & ad eden-
m ſibi tribue, & ſi digeſſerit libera-
ur, proficit enim contra omnem
irmitatem.

Contra tineas autem ſi pennas fal-
ium deuorant, balſamum purum
oramine de quo penna excidit im
te, & ſcias quod tinea remouebi-
& penna noua ſuborietur. Adhuc
em croci orientalis puluerizati
iam vnam, luti ſtercoris anſerini
ntis per pannum colati coclearia
, & totidem aceti fortiſſimi ſu-
ntur, & in vaſe æreo tamdiu dimit
ur quouſque cum flore ipſius ad
ſitudinem deueniant, deinde per
vices loca ex quibus pennæ ceci-

in falconis corpore creuerit, accipe calchiam, & aloe æqualiter, & fac puluerem & superpone, & sanabitur, ad pedes etiam falconis sanandos mille folij saxifragæ verbenę & plantaginis æqualiter accipe, & puluerem tritum, cum calida sibi da carne, & pro certo sanabitur. Si autem famem inordinatam falco habuerit, muris sanguinem melapij semen æqualiter sume, & commixta da falconi, & sanabitur Item scito, quod quãdo falconem accipis, & vis ire ad aucupium, debes dicere: In nomine Domini volatilia sint sub pedibus tuis. Quandó verò mane accipis falconem, dic: quem iniquus homo ligauit, Dominus per aduentum suum absoluit Quando autem fascinatus fuerit, ranunculum in puluerem redige, & da ei in carne calida. Vt autem

hominem

puluerem, & in paſtum falconi tribue, ad idem valet ſi ferri limatura falconi in paſtum cum carne tribuatur Si autem falco naſcentias in pede habuerit, mediam iuniperi corticem ſicca, & puluerem fac ſubtiliſſimum, & tribue ſibi per nouem dies alternis diebus cum carne, & curabitur Si autem pedum patiatur inflationem, aloe & albumen oui ſimul tere, deinde quære cotem in qua ſæpe acutum eſt ferrum, & in qua ferri aliquid inhæret, & ſuper illam ita diu puluerem frica, quod omnis acutio, quę in cote eſt, in puluerē tranſeat, & tūc pedibus inflatis ſuppone, ita diu donec cruſtam faciat, & pedi hæreat, & ſequenti die optimè ſapone perunge, & tertia die age vt videris expedire.

Si autem mala caro alicubi

Capitulum 20. De regimine accipitrum, & infirmitatibus secundùm experta Frederici Imperatoris.

IN hoc capitulo conuenientia medicamina asturibus, quos supra accipitres nominauimus, ponemus, eò quod astures siue accipitres Theodotion ad Ptolomęum Regem Aegypti scribens, in falconum generibus collocauit omnem auem rapacem, cuius vsus est in aucupio, falconem vocans. Quod igitur in antehabitis prætermissum est, hic ponemus, vt continuus, & completus sit tractatus. Dicamus igitur experta Frederici Imperatoris sequentes, quod substitiosus sit accipi-

hominem non deserat, sume apium mentam nigram, & petrosilinum, & simul tere, & cum calida carne sibi tribue. Ne autem lædatur ab aquila, dic: vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid alleluia, hæc tamen vltima non ita rationabilia sunt sicut prima. hæc igitur sunt quæ de medicinis falconum dicta cum experimento prudentium inueniuntur, sapiens tamen falconarius per experimentum pro tempore his addat vel minuat prout auium complexioni viderit expedire, experientia enim optima est in omnibus talibus magistra.

mane potabis aqua, ad vesperum verò ciba eum butiro. Si autem accipiter frigore tactus in pectore læsus sit, ex causa frigoris illius, accipe grana staphisagriæ & tere in mortario, & adiunge pisani & mel quantum sufficit, & frica inde palatum accipitris, & pone eum ad solem. Item semen eius herbæ quæ radix vocatur, accipe cum ruta agresti & pipere æquali pondere, & tere, & cum melle pone commiscendo, & fac inde pillulas ad modum piperis, & da ei per triduum, & hæc fac quotiens frigus eum tetigerit, aut ex frigore solutus stercus nimium fecerit. Item succum marubij & puluerem piperis, & modicum mellis, & semen apij cribellatum commisce, sic vt duæ partes sint de succo & vna de melle, & quando famescit, & feruenter escam desiderat da ei. Item ad pectus

piter in pennis varia ſigna defectus producens, quæ hūc grimal Germanicè vocantur, pro certo hic morbus ab interioribus procedit corruptis, & eſt corruptio maximè in radice pennarum, fiat igitur commixtio de ſtercore hominis, quod vim theriacæ habet, & de ſale, & in illa intingantur plumæ accipitris, & mittatur etiam de eo in fundamentum pennarum vbi carni infiguntur, & ſanabitur, deinde aquam bibat, & caro qua cibandus eſt, intingatur in iure barbæ Iouis. Item accipe maluam & ſarutegiam cum adipe porcino, & coque multum, & in os accipitris immitte donec inde tria coclearia conſumas, poſtea dabis ei integrum fel porci vel pulli cum calido porci pulmone, eumque donec ſanetur, quotidie ieiunum in

& alijs tribus diebus, dabis ei carnē caprinam cū butiro & puluere masticis, quando autem cibum oblatū non vult sumere, sed carnem oblatam rostro à se remouet, commutā sibi aliam carnem, dando carnem de grue & granum vnum staphisagriæ sub lingua eius pone, & statim cuomet carnes sumptas. Si verò omnino vis eum soluere & laxare, sume illam quæ radix vocatur, in qua non sit aliqua adhuc pullulans vena viridis, & scinde eam in tres partes, ac quantitatem auricularis digiti, & a cue vtrumq; ad modum grani hordei, & inuolutum in butiro, da sib comedere, & demum pone eum ac solem & laxabitur. Vt autem sit sanus semper, nec viscera eius re stringantur, coque brachia & ramos maluarum in aqua, done

tot

ctus accipitris curandum fac de menta puluerem, & cum melle misce, & da accipitri in escam. Item radicem sinapis & trifolium æquali pondere trita, & cum lacte & oleo hyssopino in escã dabis accipitri, quia multũ prodest. Item nasturtium cum melle mixtum in carne porcina datum multum confert. Si autem asmaticus fuerit accipiter, regulam coctam contritam dabis illi cum carne calida & sanguine hirci, per tres dies, tollesque succum absinthij, & infunde eum inter pellem & carnem in coxa gallinæ, & misce lac asini, & da sibi comedere. Quando autem accipiter cibum per tres dies in gutture sine digestione tenuerit, fac lixiuiam de cinere sarmenti vinearum, & bene colata, da sibi cum carne calida per duos dies,

& alijs

Sed si pullus eiusdem anni fuerit mittatur in mutam in Kalendis Iulij & vescatur de auibus viuis si poterunt inueniri. Item gariofilos & semen feniculi cum carne comedat domus autem mutæ apta & ampla sibi quæratur, & de muta quando perfectus est trahatur. Si autem in muta pennas non citò proiecerit, serpentem varium qui inter alios minus habet veneni, & Germanicè Huter vocatur, cum tritico coque, ex quo tritico & viru serpentis gallinam ciba & pota, & illius gallinæ carnibus refectus accipiter, & pennas deponit, & morbum si quem habet expellet, Solidarum quoque nouarum pennarum plurimum decoratus longo viuet tempore, & iugiter sanus & hilaris erit. Item piscículi minuti pluuiales puluerizentur, &

puluis

ota aqua consumatur, & postea
iccatos tere fortiter,& pone in ali-
quo vase butiro pleno, & in illo co-
quantur fortiter, & postea coletur
næc sicut colatur cera, & de pingue-
dine relicta in colatura ciba accipitrẽ
sigillatim per vices. Si autem pingue
dinem istam refutauerit, detur ei cũ
carne de catto. Ad hoc idem aliud
est expertum, accipe enim ebolum
rutam maluam serpillum,& de rore
marino plusquam de alijs aut de sa-
uina si non habetur rosmarinus, &
adipem porci qui nunquam come-
derit glandes, & omnia simul trita,
& contusa fac bullire in vino, & po-
stea exprimere quasi ceram, & da in
cibum accipitri in sero per noctem,
& non infirmabitur. Si autẽ accipi-
ter de pluribus mutis fuerit, Kalen-
dis Ianuarij in mutam mittatur.

Sed

aliam pennam illi similem, & fr
ctæ pennæ inseras. Si autem frege
rit pennam in concauo arundini
pone aliam accipitris pennam, vel
habere non potes pennam, cornu i
illam insere cum acu ferrea, vel cu
prina in medio quatuor angulos h
bente, ita quod ex ambobus partibu
acuti fiant, quę quidem facere vsu
experientia melius disces quàm do
ctrina libri istius. Si autem accipitr
volueris macrum fieri, da ei alliu
tritum cum pulegio, vel carnem ma
cram de bacone salso sumptam, qu
per noctem in aqua stetit comeda
& postea quater aquam bibat. Si au
tem econtrario impinguare volue
ris, dimitte eum per plures dies c
tiosum, & da ei lumbum porci, & ca
nem gallinæ pinguis, & semp
ab vno homine pascatur, & qui po

puluis ſuper carnes accipitri dandas aſpergatur, & cum carnibus muris accipitri ad comedendum dentur, tunc enim procul dubio citò mutabunt. Item lumbi porci ſanguine agni intincti, & inciſi dati ſibi idem quod dictum eſt citius operantur. Item puluis lacertæ viridis combuſtæ idem facit Item grana ſambuci in Septembri ſub terra fodias, & poſtea ordeum in eis madefactum gallinis tribuas, & illarum carnes tribue, & ſi alias etiam tribueris in ſucco prædictorum granorũ intinge, & confert plurimũ. Item ſanguiſugas inciſas per ſe vel cum carnibus offer accipitri, & ſi volueris comburendo facinde puluerem, & offer ei cum carnibus. Item mures viui ſibi dati ſeu etiam minutatim fracti, & in gula ſibi poſiti proſunt. Si vero pennas fregerit, incide

conferens operatur. Si autem digi
articulum læserit, scinde murem,
in viscera eius calida pedem accip
tris immitte, & cum fasciola apta c
stringe, & si per hoc non sanabitu
dextram vngulam porci frange,
cum medulla pedem accipitris vng
per triduum, & sanabitur. Hæc ig
tur secundùm experta Frederici
Imperatoris dicta sunt à
nobis de asturi-
bus.

Capit

at eum, ferat in equo ambulante, &
letur ei sæpius cerebrum veruecis si-
e arietis. Si verò à sole læsus sit, aquã
o saccam in naribus eius immittas,
k mel cum carne caprina comedat,
k exspue vinum quasi exsufflando
n faciem eius Si autem quando post
rædam vadit, læsus fuerit à tempe-
tate, aquam tepidam super scapu-
as eius subijce, ita tamen quod pen-
as eius prius aperias, & sic de aqua
perfundas tantum quod per renes
sque ad pedes eius perueniens, distil-
et: hoc enim multum proderit Si ve
ò in interioribus pro venatione in-
rmatur, noctuas calentes adhuc &
espertiliones per triduũ comedat,
si accipere voluerit rres offas car-
is porcinæ intinctas in aceto come
t, hoc n etiã fastid ũ sibi tollit, & cõ
amoibũ capitis & pectoris plurimũ

tatē auellanæ, & sit lardum bene tritum, & pone ipsum per mixturam in palatum asturis, & postea fac eum stare ad solem, ita diu donec euomat potionem, & in sequenti detur ei comedere lardum idem ad quantitatē vnciæ, & tertia die detur ei pullus columbinus rubeus, & quarta die fac eum balneari, & curabitur. Contra tineas autem asturis accipe millefolium & tere, & mitte in acetum, & misce cum hoc stercus anseris, & sic commixta permaneant hæc tribus diebus, & demum pone totum hoc in panno lineo, & exprime succum, & vnge inde loca vbi tineas habet, præcipuè in alis & in cauda Demum tere ferruginem in puluerem, & aspperge in alis & cauda accipitris tribus vicibus de tertio in tertium diem. Quando autem astur pastum

indi-

apitulum 21. De regimine aſturi-um ſecundùm experta Guil-lelmi.

REpetentes autem curam accipi trum, Guillelmi expertiſſimi in auibus rapacibus documen- ponemus. Dicit enim Guillelmus, uod aſturem qui aſma habet ſic cu- bimus. Accipiantur gariofili cina- omum, zinziber, ciminum, pi- r, aloe, ſal dragantum, olibanum quolibet æqualiter in pondere, & rtiter terantur, & bene ſimul com- iſceantur, & ponantur in tegula, & lefiant ad ignem, & cum fiſtula de o puluere proijciatur in naribus turis inſufflando, & de reſiduo luueris eiuſdem pone cum lardo be claro aut cum butiro, ad quan-

ei comedere vsque ad nouem dies antequam ponas eum in mutam, deinde accipe sauinam, rosmarinum, saturegiam, bethonicam, mentam, & saluiam, de quolibet æqualiter, & de raphano, plus parum & tere omnia simul, & impone parum mellis, & ieiuno dabis ei comedere inde, & postea mitte eum in mutam.

Contra vitium autem lapidis asturis, accipe cinnamomum aloë gariofilos zucharum saxifragiam gerulã cicadam, æqualiter de omnibus, & omnia tere & distempera cum siropo rosaceo, & quando pascis asturem da sibi aliquid de isto cum carne ad quãtitatem duarum fabarum: si accipiter proijcit glanum siue crudam carnẽ indigestam, immitte in gulam eius lixiuiam de sarmentis, & immitte in gulam eius vnum cochlear, & si se angu-

digestum proijcit, accipe cinnamo
um gariofilos cuminum & folia
uri æqualiter de omnibus, & tere
mitte in ollam nouam cum vino
bo, & fac multum bulire, ita quod
arum de vino remaneat. Sed caue
per ebulitionem effundatur effer-
ens de olla, & quod remanet pone
panno lineo forti & extorque suc
m, & de eo quod expresseris, in-
nde in guttur asturis quantum suf
cit, illa die nihil des ei comedere, &
quenti die pista & contunde fæni-
los, & exprime succum, & carnem
iam daturus es ei intinge in succo
o.

Contra infirmitatem autem astu-
s quæ fellera vocatur, & est idem
od corrupti humoris repletio, acci
de vrsæ fœminę felle ad quantitatē
ceris, & impone cordi gallinę, & da

fundę, & da comedere asturi. Si autem spumat in oculis, est melancholia ibi congregata, accipe silermontanum & semen cicutę, & pone super carbones, & suffumiga inde carnem, & pasce eum super talem ignē, vt fumus veniat in guttur, & in oculos ipsius, & in sequenti die da ei comedere aloe ad quantitatem dimidiæ fabæ, & viridem cicadam siue locustam, quā si viridē inuenire nō poteris, tere siccam apud te reseruatam, & asperge super carnem, & da ei. Si autem ficū in ano patitur accipiter, accipe pinulas alarum, & desiccatas tere, & sparge super carnem, & de hoc ciba eum nouem vicibus. Si autem inordinatam astur sitim habeat, accipe liquiritiam Reubarbarum, Bethonicam, & syrupum violarium, & mitte in aquam, & sit ibi nocte vna,

& ma-

angustiauerit, accipe sirupum violaceum, & distempera cum aqua frigida, & mitte ex eo in gutture eius cochlearia tria, & postquã vomuerit, & ad se redierit, balneetur in aqua, & hoc fiat tempore bene claro. Multũ autem valet si aliquantulum salgemmæ tritum cum lixiuia ponatur, quia bene mundificando facit vomere. Si autem astur guttam habeat, sumatur aurea alexandrina, quantum est media faba, vel sicut est media auellana, & detur sibi comedere, & die tertia detur sibi theriaca.

Si autem patitur aculeos siue puncturas acutas, accipe setas porcorum & minutatim incide, & sparsas super carnem asturi in cibum tribue, vsque ad nouem dies, & postea trifolium tere, & succum eius carni in-

balnea eum ex illo, si autem turbidũ & frigidum, tolle auxugiam gallinę, & impone in illa, & mitte super fimum nocte vna, & die sequenti vnge asturem in alis, & in dorso super caudam, quod si nascentias astur habeat, accipe sanguisugas, & mitte eas in nascentias, & sequenti die accipe lac arboris, quæ celsa siue ficus fatua dicitur, & vnge nascentias, & demũ accipe radices herbæ quæ brancha lupi vocatur, & tere, & commisce cũ lacte celsæ, & superpone nascentijs, & stet desuper tribus diebus, & tribus noctibus, & postea accipe radicem caudæ porci, & fac bullire, & da ei bibere mane & sero nouem diebus ad tres fabas. S autem scabiosus sit accipiter, accipe auxugiam veterem, sulphur & argentum viuum, & tere simul cum aliquot gariofilis, & cinamomo,

& mane da ei bibere quotidie de illo, vsque ad octo dies quantum voluerit, & pasce eum de rana. Si autem fascinatus putetur astur, accipe fungũ myrti, & olibanum, & aspaltum, & palmam benedictam, & testæ impone omnia hæc, & exinde suffumiga asturem.

Si autem in capite æger sit accipiter, accipe raphanum, sauinam, rorẽ marinum, sambucum, saturegiã, mentam, rutam, saluiam, bethonicã, & misce hæc omnia simul, & tere multum, & immitte mel, & da ei ex illo quantum est vna auellana Si vis impinguare accipitrem, ciba eum frequenter carne anseris, & palumborum. Si pediculos habeat, mentam Romanam tere, & distempera cum vino acri, & iunge saxifragiã, & si clarum tempus est & calidum,

& quinq; noctibus Iterum autem c6
ra lapidem asturis,& renum corrup-
tionem accipe centrum galli partem
vnam,verbenæ partes duas, & tere,
& exprime succum, & da de eo ter-
tiam partem cochlearis asturi ieiu-
no,& sic dimitte eum à mane vsque
ad meridiem, & si in angustia esse vi-
deatur, da ei cochlearia tria de sirupo
violatio distemperato, vel de melle
rosato, & quarta die accipe centino-
diam, & centineruiam siue quinqui-
neruiam, & tere, & accipe succum
quantum est pars tertia cochlearis v-
nius, & mitte eum in guttur asturis
ieiuni,& curabitur Si autem podagri-
cus sit, tere titimalum cum melle &
aceto, & aliquantulo calcis, & liga
super podagram,& postquam se mo-
uerit, vnge aloe cum vino, & sana-
bitur, Iterum autem contra felleram

astu-

momo, & ex eo vnge scabiem ad ignem vel in balneo.

Contra dolorem oculorum accipe zinziber aloe, olibanum æqualiter de omnibus, & tere fortiter insimul, & mitte cum albo vino in bacinum, vbi sit nocte vna, & postea mitte in oculos. Item accipe aloë & ceruse sam æqualiter, & de lardo veteri, rade de medio loco aliquantulum, & misce omnia hæc, & mitte in oculos eius sero, cùm eũdum est dormitũ. Quod si crus fractum habet accipiter, mastica olibanum bolum & serpentinam, & cõsolidam, & fortiter tere, & misce cum albumine oui, & distende totũ super pannum lineum, & dirige crus fractum, & inuolue in panno dicto, & accipe pennam de ala vulturis, & scinde eam, & incanna ex ea crus fractum, & sic remaneat quinq; diebus,

& quinq;

diuide, & accipe parum ceræ, & de laudano & de xiloaloe, siue ligno aloe, & fac puluerem, & succum politariæ maioris & minoris, & incide cæpam albam, & omnia simul misce, & totum mitte in ventrem anseris, & consue foramen fortiter, & dimitte per vnum diem, & deinde fac anserem bene assari, & sagimen quod inde decidit, colligein vas terreum aliquod, & de hoc vnguento vngatur locus guttosus, & valet omnibus guttosis animalibus. Item ad clarificandos oculos, accipe dulcem herbam aloe, & cerussam æqualiter, & contunde fortiter, & trita cum oleo, & auxugia mitte ad ignem in aliqua testa donec liquescat, & misce cum his quæ dicta sunt, & duc & commisce simul fortiter in vnum, & ex vnguento sic facto, mane & sero aliquid in

asturis simul & tincam, accipe conchas testudinum & ramunculos viridis de iubis & saxifragiam, saluiam, & folia oliuarum, & spumam polcdri iuuenis, quam proijcit de naribus cùm nascitur, & fel anguillæ, & hæc omnia mitte in ollam nouam, & ad ignem torre donec inde fiat puluis, & in mane ieiuno asturi, da inde comedere ad quantitatem dimidiæ auellanæ cum carne pauca, & accipe reubarbarum, & pone in aqua per diem vnum, & da ei bibere, & istud fac de tertio in tertium diem tribus vicibus.

Si autem guttam habeat astur, accipe anserem bene pinguem, & aufer adipem eius, & accipe adipem vrsinum & vulpinum, & excoria cattum, & eiectis de corpore catti visceribus & ossibus carnem cum cultello

dimi-

eam sępius sub pedibus eius effugere, & vt iterum capiat eam, & sic muta eam in melius volātem, & melius,& debiles & paruas aues commuta in fortiores & maiores, sicut etiam de aucupio falconum docuimus, quia quo ad hoc vnus modus est in regimine omniū auiū rapaciū, quotiescūq; autem accipit auē, dimittatur aliquid de sanguine eius bibere, cum prouocatione & sibilo aucupis, & in præsentia canum, quia per hoc sumet audaciam, quando autem aucupari voluleris dimittendo ad aues siluestres, primò ciba eū carne teneræ vaccæ siue lingua porcina, quæ in aceto vel vrina parum steterit, & mane sequenti valde diluculo vade ad aucupium. Caue tamen vt non iactes accipitrē si poteris nisi contra faciem auis, & fac vt accipiter auem

videat,

oculos asturis impone, & clarificabuntur. hæc igitur secundùm Guillelmum experta sunt dicta de curis asturum.

Capitulum 22. De regimine domesticationis accipitrum, & regimine aucupij.

CVm autem cum asture vel niso aucupare volueris, caue prius quod bene ad manum assuetus sit accipiter sic domesticando, primò enim vinciendus est die ac nocte, & tenendo eum cum zona valde lõga, facias vt sæpius ad manum aduolet, & quotiens aduolauerit, semper aliquantulũ ciba eum, vt assuescat manum beneficam. Cùm autem eum aucupari volueris, primo die accipe columbam in alis depilatam, & fac

& in dieta quam sibi bonam esse probaueris conserua eum continuè, & si nimis est pinguis, albeo trito cum pulegio maceratur, & caue ne defectum & pusillanimem facias. Accipiter nãque ab Augusto, vsq; ad Nouembrem debet teneri mediocriter pinguis, & mediocriter macer non multum ad pinguedinem vel maciem declinans, sed a Nouembre in antea pinguis tenendus est & fortis, tenendus est etiã in die diu super manũ, & detur ei hora tertia coxa vna de carne pulli, & postea per horã permittatur in aqua balneari, & postea dimittatur ad solẽ, donec pẽnas cõponat se perungẽdo, & postea ponatur in obscuro vsq; ad vesperũ, & superponatur pannus lineus super perticam super quam stat, ne vngues lædat, & ab hora vesperarum

teneat

videat, & non longè ab ea existat quando iactas eum. Dicunt tamen aliqui quod si carnem, vt dixi, in vrina iacere permittas, & in mane cibes eum de illa, & in sero parum de ipsa carne des ei, & in sequenti mane cibes eum de lingua porcelli, & ad vesperum vadas in rapariam, in qua sunt aues, audaciam habebit ad magnas aues capiendas: quando verò videris accipitrem venationem videntem quidem, sed nō appetentem, scias quod nimis est pinguis & pennas de pinguedine spissas habere, eò quod nimis delicatè nutritus sit. Subtrahas ergo ei partem de dieta cōsueta, & dabis ei leuem digestibilem que dietam, & in minori quantitate quam prius, quia ex fame naturali surget appetitus magnas aues capiendi,

vngue, vel roſtro percuſſerit, poteſt eſſe periculum, & iam quidam mortui ſunt de huiuſmodi vulnere percuſſionis. Attende autem quod ſi accipiter plus debito clamoſus fuerit, cibetur veſpertilione pleno pipere trito. Si autem pipiat quaſi pituitæ ſit infirmitatis, & clamare voce ſonora nequit, cum acu ærea nares eius perforabis. hæc igitur ſunt quæ de falconum aſturumque curis, de his qui tempore noſtro in talibus ſtudium poſuerunt congregauimus, nec debet reputari ſuperfluum quod deſeruit delectationi multorum, qui in auibus cæli ludere cõſueuerunt. Vt autem perfectior ſit noſtra doctrina, etiã ſtudia antiquiſſimorum his adiungemus.

Capi-

teneat in manu vsque ad primum sõnum, & tunc superpone eum in pertica panno suppositò sicut prius, & accende corã eo lucernam per totam noctem, & circa diluculum asperge cum vino, & postea pone eum ad ignem clarum, & orto iam die vade ad aucupium, & si videris eum aues appetere proijce, sin autem, itera quod supra dixi, si verò capiat, ciba eum de præda quantum vult comedere. Cauendum autem multum est ab afflatu & morsu, & laceratione vnguium accipitris & falconis, & omnium rapacium auium, & maximè quando hæ aues balneatæ fuerint, & pennas rostro composuerint, quia pinguedo quędam adhæret rostro, quam accipiunt de cauda sua, quæ est venenosa: pennas enim & pedes & anhelitum habẽt venenosas aues istę, & si tunc cũ

vel aureo instrumẽto coque eũ super nares, vbi sinciput in medio oculo medio rostri coniũgitur, si clausas nares habuerit, per fistulã paruę pennę insufla in nares eius puluerẽ piperis & saxifragiæ, si reuma in capite habuerit, ruta tam pone iuxta nares eius, & carnem quam comedet in succo rutæ intinge. Item allium contusum cum vino per nares ei immitte, & in loco obscuro resideat tota die, & eum per vnum diem ieiunare permitte: si pituitam, quam quidam pipiam vocant, habuerit, accipe linguam eius aperto ore, & fricabis eam cum puluere saxifragiæ melle condito, & si dicta non prosunt, dabis ei comedere butirum, puluis etiam densitate caulis ad idem valet. si vltra modum clamosus fuerit, accipe vespertilionem, & piper tritum intus pone, &

Capitulum 23. De regimine infirmitatum omnium auium rapacium secundùm Aquilam, Symachum & Theodotionem.

ANtiquissimorum quidem Aquilæ & Symachi & Theodotionis extant Epistolæ ad Ptolomæum Philometorem Regem AEgypti, in quibus de moribus & medicinis auium rapacium in communi ista doctrina continetur: si enim infirmitas est in capite, & sit quidem in oculis, vnge sæpius de oleo oliuæ, & præcipuè si dolor est in exterioribus oculi. Si aũt albugo crescit in interiori oculi auis, injice puluerẽ seminis fœniculi cum lacte mulieris masculum parientis. Si autem per senectutem caligat oculus, habili argenteo

exime eum ab omni labore, & abundanter ciba eum, quoties enim esurierit, tot signa fracturarū vel fracturas habebit in pennis. Valent etiam tunc auibus glebæ virides substratæ pedibus, & solis calor cum æstu moderato. Nimius autem æstus nocet. Si febres habuerit, da ei ter vel quater succū arthemisiç cum carne gallinæ. Item ad idem liga ei dextrum crus fortiter, & tunc in medio cruris vena apparebit, & illam subtiliter minue: in crure enim talium auium quatuor sunt venæ, vna quidem anterius, altera inferius, & tertia exterius magis, quarta posterius super vnguem maiorem. Signa autem febris sunt si alæ dependent, & caput demissum teneat, & si vomit quasi frigore teneatur, si cibus absque causa eum fastidit, aut auidè quidem sumit,

sed

ne, & da ei comedere: si vespertilio nō habetur, alia auis eodem modo cum pipere parata, ad idem non oberit. Nimius tamēclamor aut infirmitatis aut defectus ex macie, aut quia oua generata in se habeat, est signum: si fastidium habuerit, sorices viuas da ei, vel catellum in proximo natum antequam videat. Si cibum frequenter non alteratum euomit, accipe scamoneam ad pondus quartæ partis eboli, & tantundem cumini, & tritis illis asperge eorum puluere carnes porcinas pingues, & da in cibum Si verò dictam carnem comedere non potest, tolle albuginem oui, & in ea pone dictum puluerem, & ori eius inijce. Item si cibum eijcit, accipe oua cruda, & frange in lac caprinum, & totum decoque, & da ei ter ad comedendū, & sanabitur. si mutare pēnas incipit,

vel ſaluiæ cibum eius intinge, ſi alas guttoſas habuerit, hederam terreſtrē in aqua coque, & folia illa cocta, & bene contuſa alis eius iuxta latera circumliga, & cibum eius in eadem aqua tinge. ſi pedes guttoſos habet, vel ſi tineæ comedant eius pennas, carnes hircinas comedat in aceto tinctas, & alas eius aceto calido & oleo laurino ſæpius perfrica. ſi pennam fractam ſine dolore extrahere volueris, accipe ſanguinem animalis paruuli quod gruile vocatur, vel ſanguinem muris, & vnge locum pennæ, & cadet, & poſtea ex melle ad magnam ſpiſſitudinem decocto, fac virgulam ad modum foraminis in quo ſtetit penna, & inijce foramini, & exibit noua penna. Item ſucco herbæ papaueris calido, perunge pennas eius,

sed malè glutiendo inducit. Si autem valde sitit, accipe puluerem caulis liuistici, & carnem de aneto & fœniculo, & coque cum vino, & commisce cum hoc cochlear vnum mellis, & colaturam huius da ei bibere, vel inijce ori eius, & si bibere noluerit, vna die da ei carnem linitam melle, secunda die carnem linitam oleo rosaceo frigido. Si felle laborat, quam infirmitatem felleram supra vocauimus, puluerem florum salicis siue gemmarum salicis sparge super cibum eius. si ei alæ præter febrem pepẽderint, sume sanguinem, & adipem anseris, & de sanguine frica alas eius ad solem. De adipe aũt ciba eum, vel melius sume oleum laurinũ, & ex illo alis leuatis assellas eius vnge, & felle porci perunge alas ipsius, & succo verbenæ

vel

cum absinthio,& eo ad solem sedente,infunde plumas eius & corpus eius per totum. Si lapidem in ventre habuerit,da ei pinguedinem auxugiæ comedere & butirum, ad idem aloe herbam cum puluere apij inuolue cordibus auiũ,paruarũ& da ei comedere. sic igitur ex his similiter poteris de omniũ auium medicina cõmodè facere. Si autem vis habere piuguem, da ei de masculi carne bouis vel porci si verò vis habere macrum, da ei gallinas iuuenes aqua madefactas: si verò vis habere temperatum, da ei gallinas veteres;si vis vt expeditus sit ad aucupandum, stude vt facias ei bonam vesicam gutturis, & include in tenebris accensa ibi lucerna modica, & aucupa alternis diebus:si vis vt leporem aut cuniculũ capiat, oportet vt doceas eũ in

ius, & intinge cibum eius eidem
ucco. si os fractum habuerit in cru-
e vel in alia parte, aloe calidum su-
perliga, & dimitte vna die & vna no-
te. Item stercus galli in aceto decoctũ
uperliga, si inquieta sit auis in perti-
a, vel super manum, miriam in aqua
ecoque, & ex ipsa aqua asperge corp'
ius, & intinge cibum eius in ea vsq;
ouies. si infirmitate quæ rampa di-
itur infirmatur, succo Arthemisiæ
ibus eius intingatur. Item sanguine
gni calido pedes eius perfrica, vel vi
o tepido in quo decoctę sint vrticę,
in ipso vino cibum eius intinge. si
ercorare non potest, fel galli da ei co
nedere, vel testudines albas decoctas.
i nimium laxatur, modicum de suc-
o iusquiami da ei bibere, & intinge
ibum eius, si pediculos habet, accipę
uccum absinthij, vel aquam coctam

cum

Capitulum 24 De alijs duobus generibus falconum, & de locis habitationis eorum, & de definitione accipitrum.

HAEC de falconum etiam & accipitrum natura, & regimine à nobis dicta sunt secundùm dicta antiquorum. Sed præter omnia quæ inducta sunt falconum genera, duo adhuc apud nos genera falconum inueniuntur, quorum vnum est falco lapidaris, & alterum falco, qui vocatur arborealis: primũ quidem mediæ quantitatis est, & vigoris inter peregrinũ & gibbosum, & inuenitur in alpium rupibus, et est eiusdem nutritiuæ cum peregrino. Alterum autem medium est quantitate & vigore inter gibbosum & mir-

uētute, & gyros liga in cruribus ei[s]
ope pedes, interiecto ſpatio vnius
almæ, quæ ſit diſtantia cruris à cru
:, quia tūc ſine læſione capiet. Sylue
tris accipiter citius manſueſcit, ſi
multum ieiunare permittatur, & ſi
uenis eſt auis, nec nimis calidus,
ec nimis frigidus ſit locus in quo
uſtoditur, & in loco in quo ſtat, ha-
eat ſemper herbam mentam & ſal-
iam, & ſi eſt accipiter, in primis in
folijs ſalicis, demum ſuper lignum
ſalicis aut abietis ſemper ſedeat, & ſi
ſæpe ſanguinem auium biberit, vires
ſumunt, & audaciam, & affectum ca-
piendi, nec negetur ei balneum aquę
frigidæ quando nutritur, nec
multum coniungantur
alæ eius niſi pen-
deant.

Capit.

est in Britannia, Suetia, Liuonia, & finitimæ his regiones Sclauorũ, Prutenorum, & Rutenorum, & quia frigidæ sunt istæ regiones, & in terris frigidis sint corpora magna, & ex multo sanguine multi spiritus, & ex his audacia & feritas vt in scientia de natura locorum habitabilium determinatum est. Ideo etiam aues rapaces in dictis regionibus magnæ sunt, & cum audacia ferocitatem magnam habentes. In alijs autem locis proportionalem etiam accipiunt vigorem & quantitatem & audaciam, nec est silentio prætereundum, quod Aquila & Theodotion & Symachus socius eorum, omnia accipitrum genera falcones vocant, & ea quatuor esse generum determinant, asturem primæ quantitatis ponentes in genere primo, & asturem minorem quem tercellinum

& mirle, eiusdem cum mirle regimi-
nis existens, & ideo de his in specia-
li tractare non oportet. Præter ea au
tem quæ dicta sunt, fortè multa apud
diuersos inueniuntur falconum ge-
nera, sed ex his quæ dicta sunt suffi-
cienter de natura, & nutritura omniũ
habetur coniecturalis scientia. Sed
hic adhuc adijciendum, quod sicut
in ante habitis libris dictum est, om-
ne animal abundat in loco vbi sui
proprij & conuenientis cibi est abũ-
dantia, propter quod cum huiusmo
di auium cibus proprius sit venatio
auium, abundabunt in locis vbi a-
bundant aues quas venantur. Istæ
aũt aues sunt aquaticę, quia & illę tar
diores sunt ad volatum, & carnosi-
ores ad escam, & ideo versus Septen
trionem accipitrum & falconum, &
aquilarum abundant genera, sicut

Ne istæ etiam vacarent pagellę, fabulam de initio rei accipitra iæ, eleganter excogitatam, ex secundo libro Hieracosophioy incerti auctoris, visum subiungere.

NVnc vnde accipitri, hæc adeo contraria, tamq;
Pugnantes sortita modos vis insita fluxit:
Ales vt altilium in gentem implacabilis hostis
Bella gerat, nutus tamen idem obseruet herileis,
Et cultu humano domitus mansuescat & arte,
Dicite Pierides primaq; ab origine caussas
Indagate rei, seriemque reuoluite facti.
Perfidiam Troum, & spretos vlturus honores
Neptunus structis pactos pro mœnibus vrbis

Per

cellinum vocamus, ponentes in genere secundo, & nisum in genere tertio, & muscetum in genere quarto, quibus nullo modo consentiendū esse, probat, quod tercellinus inuenitur in nido accipitris, & muscetus in nido nisi reperitur, & ideo & accipiter & tercellinus non differunt nisi sexu, non specie, quia accipiter est fœmina, & tercellinus est masculus, & eundem modum differentiæ habent nisus, & miscetus, nisus enim est fœmina, & muscetus est masculus Hæc igitur de rapacibus auibus dicta sunt.

Auxiliumq; petant, Ceteq; immania contra,
In cœlum vastos Cete eructantia nimbos
(Is miseris cumulus diuinæ accesserat iræ)
Expediant classem, & socios hortentur ad arma
Illa tempestate Hierax rex nomine dictus
Pollebat latè imperio, iustissimus vnus
Qui fuit, atque omneis inter tota Aside terra
Diuini cultus & seruantissimus æqui.
Hic Mariandynos magna ditione tenebat,
Cauconasq; feros: huic tum piscosa Synope,
Atque Elatea mari Scythico circumsona, & olim
Miletifundata à ciuibus Heraclea
Parebant, quantumq; patet sinus illius oræ.
Huc oratores delecti sorte per vrbem,
Tempora præcinctiramis paruis oliuæ,
Mittuntur, qui supplicibus mœstisq; querelis.

Trias

Per Phrygios latè spargebat brachia campos:
Nec mora, sternuntur segetes, labor irritus anni
Spesque iacent hominum, Simoïs iã deserit alueum
Auctior, & Xantho excedens sua flumina miscet.
Vix summis nemorosi Idæ iuga fluctibus exstant
Admittuntq; greges, medijs natat Ilion vndis.
Tum cuiusq; rei obsessos vrgebat egestas,
Summaq; frumenti penuria, nõ tamen illã
Væcordeis posuêre animos, oracula diuum
Scitati, aut Lycias sortes, Phœbumq; rogarunt.
Sed quasi non diuum iussu, non cælitus esset
Illa immissa lues, vicina per oppida mittunt,
Qui Cererẽ coemãt rebus solamen in arctis.

Immersa Euxini spumant vada salsa profundi.
Iamq; in conspectu Tenedos, iam Troia pubes
Prospectans longè exultat, cùm sæuus ab alto,
Aegei quo rege tremit circunstua Ponti
Regia, Neptunus furiali incanduit æstu:
Et, quis (ait) nostras posthac procumbat ad aras
Sacra ferens, cumulet ve pijs alteria donis,
Si consulta deûm vindicta eluditur arte
Humana, & scelus est mortali vindice tutum?
Alcides potuit monstro eripuisse biformi
Hesionem fuit hoc illi per numina pronũ,
Et sua virtutem patriam fortuna secuta est.
At non iste, opibus qui nil nisi fidit auitis,
Non feret hoc impune Hierax, respersit aras

Sang-

Principis inflectant sensus, pacemq; reportent,
Et victum, armatamq; petant in prælia classem.
Acceptis ille hospitio, Quod poscitis (inquit)
Hoc dabitur. pietas iubet id mea. quippe laborum
Haud alium, tantarum & opum, lateq; potentis
Imperij fructum duco & laudabile lucrum,
Quàm bene de cunctis in vita posse mereri,
Alloquioq; inopes dignari, opibusq; iuuare
Nulla mora est, vestris quàm primùm edicite læti
Ciuibus, arma, viros, duce me, classemq; paratam
Expectent. vix desierat, iam classis in alto est,
Armatiq; foros complēt iāremige crebro

Inuer-

Cantibus hic Hierax primùm temerarius arma
Cingitur, & stricto crocitantum auertere nubem
Molitur ferro & flãmis illæ acrius instã
Conatemq; vrgent magis, & magis vsque fatigant:
Iamque illisa vadis classis, prætoriaq; ipsa
Aegeum fractis tabulis rimosa bibebat:
Indoluit casu summi regnator Olympi,
Fraternisq; odijs finem dedit, atq; seueras
Parcarum leges, & ineluctabile fœdus
Fatorum eluit: neue immortalis auaro
Mersa mari, mens terrestri cũ mole periret,
Fluctibus ereptum pernicibus extulit alis,
Et pedibus teneris vngueis cõfixit acutos:
Vltaremq; animum, & memorem pietatis auitæ
Addidit: hinc & adhuc odio genus omne volucrum
Seruat habet, veteresq; etiam nunc improbus iras
Seruat:

Sanguine taurorum, & sacros adoleuerit igneis,
Hactenus in superos pius: at nunc impius esse
Desinat, insanæq; luat periuria gentis.
Haud plura iratus. picea caligine cælum
Conditur, & Zephyris aduersi flantibus Euri
Insurgunt, gelidamq; Notus concurrit in Acton,
Et vastos tollunt connixi ad sidera fluctus:
Ex oculisq; procul Troûm spem classis amicæ
Eripiunt, resonant vndæ, & caua littora plangunt.
Dumq; insperato turbatum murmure pontum,
Attonitus ductor puppi despectat ab alta,
Et frustra meliora deos sedet omnia poscēs,
Ecce repentinæ circumstant vndique cælo
Immissæ volucrēis, & diris æthera rumpunt

a fides, desiderium que iuuandi
a genus, & pietas generosa re-
ga. sit.
c hominum ad voces exultat, & arte
magistra
accipiter paret monitis, ac iussa capessit.

FINIS.

ALBERTVS MAGNVS
LVGDVNI 1696